CUM DEO,
PERMISSU MAGNIFICI JURIS-
CONSULTORUM ORDINIS:

De

JURE SUBFEUDI,

PRÆSIDE,

*Viro Nobiliſſimo, Excellentiſſimo, Con-
ſultiſſimoq́;*

DN. WILHELMO LEISERO,

D. & P. P. Curiæ Electoralis Scabinatus ac Facultat.
Jurid. Aſſeſſore Graviſſimo, Præceptore & Patrono ſummo
honore æternùm proſeqvendo,

*PRO IMPETRANDA J. U. LICENTIA
diſputabit*

ERNESTUS VVILHELMUS VOGELIUS,
Miſnenſis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

ad diem Septemb.

Horis Matutinis & pomeridianis
in Auditorio Majori.

WITTEBERGÆ,
Typis JOHANNIS RöHNERI, Academ. Typogr.
A. O. R. cIↃ IↃc LXII.

COLLEGII JURIDICI IN ACADEMIA WITTE-
BERGENSIUM

DECANUS

CHRISTIANUS KLENGEL,

Dreſdenſis J. U. D. & Pandectarum Prof. Publ.
Curiæ Electoralis & Conſiſtorii Eccle-
ſiaſtici Aſſeſſor.

L. S.

QVemadmodum cæteræ partes Juris civilis, ſic Jus Feudale qvoq; non caruit obtrectatoribus. Nam & methodi rationem in eo deſiderant nonnulli, tùm qvaſi barbarum idipſum, rudiq; ac inconcinno ſtylo conſcriptum, tædioſè faſtidiunt. At fortè condonandum hoc erat conditioni ac fato illius ſeculi, in qvo omnis cultioris literaturæ decus Muſæq; delicatiores obticuerunt, & qvaſi de ſtatione ſuâ Majeſtateq; avitâ dejectæ, præ ſtrepitu armorum, qvod olim Caji Marii de legibus Romanis judicium fuit, audiri haud poterant. Tolerabilius inqvam, qvorundam judicio, foret hoc malum, niſi & alii Conſvetudinibus iſtis acceſſiſſent nævi, atq; improba placita, qvæ ſi ad Regulam juris Divini pariter & naturalis examines, non omninò cum honeſto ac æqvo convenire videntur. Nam ut cætera nunc præteream, qvæ de matrimonio ad Morganaticam contracto *§. filii. 2. Feud. 27. & 29.* Tum de ſingulari certamine *2. F. 27. §. ſimiles* De eo deniq; qvi fratrem Domini ſui interfecit, qvod is honeſtè in Curia Senioris ſtare, nec feudo privari qveat *2. F. 37.* in Conſvetudinibus iſtis taxari ſolent: Illud certè imprimis abominandum, atq; ab omni honeſtate pietateq; qvàm longiſſimè remotum eſſe arbitrantur: qvod contra omnes, & patrem qvoq; ſuum, Vaſallus Dominum adjuvare, per textum *2. Feud. 28. in fin.* teneatur. Hæc certè talia tantaq; eſſe, qvæ

infelicitatem temporum illorum, & qvantum à priſtina Romanorum eâq; maſculâ & intemeratâ jurisprudentiâ receſſum ſit, abundè redarguant. Non deſunt qvidem, qvæ ad hæc omnia excuſandis moribus iſtis reponi poſſent. Sed inſtitutum noſtrum premendum eſt. Itaq; miſſis cæteris hoc poſtremum ſaltem in diſqviſitionem nunc veniat: num rectè ſatis atq; ex vero, Locus iſte Feudalis *in lib. 2. Feud. tit. 28. fin.* à Dd. impietatis ac turpitudinis incuſetur? Qvod maximis viris Baldo, Felino, Zaſio, Fornerio, Sonsbecio aliiſq;, ita viſum eſt, adeoq; eidem, tanqvàm humanitatis conciliatrici naturæ, repugnanti, contradixerunt. Et Doctiſſimus Cujacius in 4. *Feud. 31.* ideò verba: ET PATREM: in textu delenda cenſuit, tum qvod in veteri libro ea non reperiantur, tùm qvod vetus interpres ea non agnoverit. Et certè Accurſius *in gloſ. ad tit. 7.* verbo: *contra omnem hominem &c.* mentionem PATRIS omiſit. Neq; etiam negari poteſt, qvod ſi hunc textum genericè, & ſine temperamento diſtinctionis accipias, non ſolùm Juri gentium, verùm etiam divinæ legi repugnare videri. Omnibus qvippè hominibus inter ſe commune eſt, ut parentibus pareant. *l. 1. fin. l. 2. D. de Juſt. & Jur.* Et id qvidem ſumma ratione. Nam ut cætera omnia, ſic initium naſcendi & hanc vitam, hunc ſpiritum, qvem trahimus qvotidiè, poſt DEum, parentibus cùm primis acceptum ferimus. Indeq; juxta qvartum præceptum Decalogi Eccleſiaſtes *cap VII.* rectè monuit: *Honora patrem tuum & gemitus matris tuæ ne obliviſcaris. Memento qvia niſi per illos natus non fuiſſes.* Et idem *cap. III.* præcipit: *qvi timet DEum, honorat parentes, & qvaſi Dominis ſerviet his, qvi eum genuerunt, in opere, ſermone, & omni patientia.* Si itaq; Jus gentium parentibus obediendum eſſe dictitat, ſi eos honorandos vox divina edicit, ſi deniq; illis ſerviendũ tanqvàm dominis, in opere, Sermone, omniq; patientiâ, ſacræ præcipiunt Literæ: qvo pacto Juri Feudali ſua conſtabit diſpoſitio, filios adverſus parentes & contrà ea parentes in liberos excitans, & in arma mutua diſcordiasq; protrudens, modò Domino, cujus vaſalli ſunt, operam in eo ſuam impenderint? Si dixeris:

C juris-

jurisjurandi vinculo adſtrictum Vaſallum, ad hoc obligari, ut gloſſa & Alvarottus confirmant, nihil egeris cùm juramentum vinculũ iniqvitatis eſſe non poſſit *cap. cùm contingat. X. de jurejurando can. inter cætera XII. qvæſt. 4.* Sed tribus comitibus: Veritate, Judicio & Juſtitia, ſociatum eſſe oporteat. *cap. etſi Chriſtus X. de Jurejur.* Imò in malis permisſis reſcindenda ſit fides, qvoniam impia habeatur permisſio, qvæ ſcelere adimpletur. *Can. in malis XXII. qvæſt. 4.* Qvod ſi qvis auctoritatem & placitum juris feudalis jactare velit, fragili eundem fundamento inniti dixerim. Aut enim textus Conſvetudinem feudalem, aut dogma Feudiſtarum complectitur. Si prius; certum eſt, conſvetudinem iſtam utpotè rationi repugnantem nullius momenti eſſe. Nam licet conſvetudinis uſusve longævi non ſit vilis auctoritas, non usq; adeò tamen ſui valitura momento eſt, ut aut rationem vincat aut legem, & naturalem potisſimum, qvæ nulla lege civili, aut moribus in contrarium introductis mutari poteſt. *l. 2. C. qvæ ſit longa conſvet. cap. 2. X. eodem in 6. §. pen. Inſt. de J. N. G. & Civ.* Sin poſterius ſcil. in textu dogma Feudiſtar. contineri: tantâ autoritate Obertum de Orto & Gerardum Capegiſtum polluiſſe, ut Jus gentium aut Legem DEi immutare potuerint, nemo facilè ex me impetrabit. Cæterùm utrumq; ſit, non ideò tamen in textu qvicqvam mutandum eſt, aut eliminanda vox, PATRIS, qvam conſtans & vulgata exemplarium lectio retinet, & ut retineatur, contextus qvoq; ratio videtur exigere. Cùm enim feudiſta Regulam generalem *in fin. d. 2. F. 28.* poſuisſet: qvod contrà omnes vaſallus domino auxilium ferre teneatur, ampliationes qvasdam de ſpeciebus maximè dubiis, mox ſubjecit. ſcilicet ut oſtenderet: ne his qvidem qvibus lege naturæ ſingulari pietatis nexu obſtricti ſumus, in defendendo contra eosdem Domino, cui fidelitatis ſacramentum præſtitimus, parcendum eſſe. Qvare ſic ſtatuo & ita animum induco meum, qvod in interpretatione legum omnium idem & hic qvoq; moderamen adhibendum, & ad principia Juris divini honeſtatemq; naturalem hunc locum eſſe reducendum. Ita ſcilicet ne aut pietati in

parentes aut ſangvinis juri, neq; religioni Sacramenti à Vaſallo præſtiti, qvicqvam decedat. Non eqvidem id fiet, ſi cum Dd. qvibusdam dicamus: fidelitatem ſub religione jurisjurandi Domino Feudi promisſam esſe, adeoq; ſalutem animæ jurantis Vaſalli, ſaluti temporali parentum anteponendam fore. Qvæ ſententia per ſuperius tradita, qvod juramentum non accedere debeat rebus illicitis, facilè refutatur. Neq; etiam Hermanni Vulteji opinioni ſtandum arbitror, qvando asſerit: Vaſallum qvidem adjuvare teneri Dominum, etiam contrà patrem: ſed hypotheticè ſaltem, eaq; lege, ſi feudum retinere velit. Sin verò conſcientiæ ſuæ malit conſulere, refutandò feudum, ab obligatione juramenti fidelitatis liberari posſe. Sed is color potius qvæſitus eſt textui, atq; conſilium, qvo iniqvitas illius non tàm excuſari, qvàm evitari posſit aut corrigi. Itaq; perplacet Egvinarii Baronis ſententia, qvi hunc textum Civiliter & præſuppoſitis terminis habilibus, ut loqvuntur, de tali caſu accipiendum autumat, qvando parens Vaſalli, aut religionis Chriſtianæ veræq; fidei, aut patriæ hoſtis & oppugnator exiſtat. Qvem ſi pater Filium vel filius patrem occiderit, ſine ſcelere etiã præmio afficiendnm esſe majores cenſuerunt. *l. 35. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* Huc pertinet ſententia divi Hieronymi qvando ad Heliodorum in hæc verba ſcripſit: audi Edictũ Regis tui; *Qvi non eſt mecum, contra me eſt, & qvi mecum non colligit, ſpargit. Recordare tyrocinii tui diem, qvo Chriſto in Baptiſmate conſepultus, in Sacramenti verba juraſti: pro nomine ejus non te patri parciturum, non matri.* Non poteſt hæc concoqvere Joannes Bodinus, itaq; *libr. 1. de Republ. 4. capite* non modo id licere nemini, ſed ne ſcribi qvidem ſine impietate posſe judicat. Dum ita parricidis non ſolùm venia, verùm etiam licentia idem audendi tribuatur, liberiq; ultrò ad necem paternam ſpecie publicæ utilitatis invitentur. Neq; enim tantum ſcelus à patre admitti posſe ait, qvod parricidio vindicandum ſit. Et graviter ibidem Venetos increpat qvod exulem Venetum, patris, eodem exilio damnati, caput amputantem, atq; Venetias afferentem, non modò impunitum dimiſerint, ſed & ſecundum patrias leges præ-

mii

mii loco, ipſi reditum in urbem, tum bona & liberos, juraq; civitatis adempta, conceſſerint. *At forſan præſtaret*, ait, *Urbem Venetorum aqvarum voragine prius abſorberi, qvam tanti ſceleris immanitati præmia dediſſe.* Verùm enimverò ſi penſi habuiſſet Bodinus, qvod incidant interdum tempora cum inter ſe concurrant & pugnent præcepta juris naturæ, & qvod ſint qvidam qvaſi gradus principiorum & concluſionum moralium, in qvibus ſi qvando uſuveniat, ut ſibi invicem obſtent, inferiorem legem ſuperiori cedere, neceſſe ſit, forſan ab illa in Venetos pariter & JCtos Romanos acerbitate ſtyli ſibi temperaſſet. Nam eſto, qvod parentibus omni obſeqvio pietateq; naturæ juſſu devincti ſimus, non ideò tamen patria poſthabenda eſt, qvippe qvæ una omnes hominum charitates juxta Ciceron. *lib. 1. offic.* complectitur. Qvæq; eodem auctore *lib. 1. de Republ.* omnibus bonis, charitate parentum antiqvior eſſe debet & qvam ſi qvis curaverit, major ei, qvàm parenti, gratia debeatur. Si igitur lædat patriam pater, ſi malè & hoſtiliter in rempubl. animatus ſit, ſi religionem, pietatem, tranqvillitatem communem offendat, eoq; ipſo divina omnia humanaq; miſcendo, vaſalli dominum, bello injuſto ac latrociniis proſeqvatur, adeoq; primus violet ſanctitatem Juris naturæ, qvod apud omnes eſſe inviolabile debet; non malè indignus eſſe cenſebitur, ut, contra jus naturæ agens, beneficiū Juris naturalis expectet. Sed inſtituti ratio nunc non patitur illud accurratiùs & prolixioribus exeqvi. Fungetur his partibus pro nobis Clariſſimus ac Præſtantiſſimus Juvenis ERNESTUS WILHELMUS VOGELIUS Miſnicus Jurium CANDIDATUS, cujus cauſa hanc ſcriptionem ſuſcepimus. De cujus ſtudiis pauca qvædam in ipſius commendationem, ex veterum inſtituto, nunc annectenda ſunt. Natus is eſt Miſniæ oppido, ſedis Cathedralis & Gymnaſii Electoralis nomine, celeberrimo. Patrem habuit Nobilem & perqvàm Strenuum Virum CHRISTOPHORUM VOGELIUM, Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS GEORGII I. feliciſſimæ recordationis, eqveſtri Turmæ Præfectum, matrem verò Clariſſimam ac Præſtantiſſimam fœminā ANNAM MARGARETHAM GREWLICHIAM. Qvibus parentibus piè liberaliterq;. educatus, præeunte Clariſſimo ac Præſtantiſſimo Viro M. DANIELE PETERMANNO ſcholæ oppidanæ Miſnenſium Rectore, tantos in re literaria progreſſus fecit, ut di-

gnus

gnus viſus fuerit, qvod in hanc Academiam ablegaretur, qvo cum pridie Calendas Majas anno Seculi cujus LV. ſe contulisſet, ſtatim ad juris ſtudium animum applicans, ne illotis qvod dicitur manibꝰ Sanctisſimæ hujus diſciplinæ adiret limina, integrum pene trienniũ, humanioribus literis, moderante tunc temporis ipſius ſtudia Clarisſimo ac Conſultisſimo Viro Dn. CHRISTIANO NYMMANNO, J.U.L. adhuc impendit: qvo elapſo jurisprudentiæ ſeſe totum mancipavit, nec qvicqvam eorum intermittens ad eam qvæ pertinere videbantur, & ut, qvæ præclara jam antè ceperat ſtudia, non continuaret modò feliciter, ſed ad optatum qvoq; finem perduceret. Igitur Nobilisſimorum & Excellentisſimorum Virorum Dominorum CASPARIS ZIGLERI, & WILHELMI LEISERI, J.U.Doctorum & Profesſorum, Curiæ Electoralis & Facult. Juridicæ Asſesſorum, longè meritisſimorum, Collegarum noſtrorum pl. honorandorum, freqventavit pulpita, ſed mihi qvoq; auditorem ſe præbuit asſiduum. Imprimis verò Amplisſimi & Conſultisſimi Viri, Dn. JOACHIMI NERGERI J.U.D. & Prof. Publ. Clarisſimi, Collegæ & compatris noſtri maximè colendi, ſcholis, qvà publicis qvà privatis interfuit, eoq; Præſide bis publicè diſputationes, alteram qvidem in Collegio Sutholtiano & qvidem Disſertationem ordine tertiam, De TUTELA ET CURA: alterã DE JURE ACTIONIS EMPHYTEVTICARIÆ, cujus ipſe autor eſt, habuit, atq; eruditè defendit. Præmium itaq; ſtudiorum ſuorum, cum ſuperioribus ſeptimanis à Facultate noſtrâ non vanâ eruditionis fiducia fretꝰ modeſtè petiisſet, facilè precibus ejus locum reliqvimꝰ. Qvare ad primum, qvod dici ſolet tentamen admisſꝰ, unanimi cunctorum ſuffragio dignus habitus eſt, cui aditus ad cætera qvoq; Candidatis exhibenda ſpecimina aperiretur. Cras igitur DEo benigniter annuente, horâ IX. in auditorio JCtorum Orationem inauguralem recitabit, in qva defendet iſtud in Jure Feudali decantatum placitum: *Posſe & Debere Vaſallum Domino ſuo etiam contra patrem ſuppetias ferre.* Qvam poſtea horâ II. pomeridianâ lectio curſoria ad *l. ult. C. de pactis*, ſubſeqvetur. Cui honeſto ipſius inſtituto ut Illuſtri & honorificâ Tui præſentia qvam prolixisſime favere velis, Te Lector benevole Civesq; Academiæ univerſos ac ſingulos, prout cujusq; dignitas capit, officioſè ac peramanter invito.

P. P. Wittebergæ Dom. V. poſt Trinitat. Anno Salutis M. DC LXII.

Qvod

Qvod DEus vertat benè

DUm ex Jure Gentium ſecundævo pleniùs dominia rerum diſtincta erant *l.5. D. de J. & J.* interveniente potiſſimum Superioris Autoritate, cum absq; ordine, & qvæ hunc conſervat, Poteſtate Civili, genus humanum nullo unqvam tempore poſt lapſum degerit in terris, *uti graphicè ſcribit Excell. Dn. Præſes, Patronus meus inſigniter colendus Diſſert.* de Proprietate Rerum θ.12. Gentes humanæ circa illas res, uſu exigente & humanis neceſſitatibus, Jura qvædam ſibi conſtituerunt *§.2. Inſt. de J. N. G. & C.* non qvod conſenſus declarandi gratia in unum locum confluxerint, ſed qvod mentis qvadam agitatione, comparatis inter ſe aliis atq; aliis id Juris ſibi excogitarint, qvod eleganter Grotio invidendæ eruditionis Viro Jus Gentium voluntarium dicitur *Lib.1 C.2. n.4. de J.B.P.* Cum verò Illi, qvi RebusPublicis præerant, prudenter animadverterent, generaliora illa Juris-Gentium præcepta ob caſuum varietatem & Civium mores, reſtringenda & declaranda eſſe, Proprium ſuis Civitatibus fixere jus *§.1. Inſt. d. t.* qvod, juxta Ulpian *l.6. D. de J. & J.* neq; in totum à naturali recedit (aliàs enim fingeret qvid, qvod in naturali cauſam non haberet) nec per omnia ei ſervit (ſi enim per omnia ſerviret, non civilis ſed naturalis Lex foret) itaq; cum aliqvid addimus vel detrahimus Juri Communi, Jus proprium, id eſt, civile efficimus: Qvæ additio vel detractio generalium Præceptorum ad uſum moresq; Civium & formam Reipublicæ ſpecialis cum delectu accommodatio eſt, *vid. Suthold. Diſſ. 1. ad Inſt. §. 62. & CL. Struve in Syntagm. JPrudent. Exerc.1. θ.58. p.29.* Ad iſta verò qvæ gentes ſpecialiter ſibi invenerunt, Jura Feudorum qvoq; ſpectant, qvorum natales ſolis Germanis

Rebus Jure Gentium diviſis applicata ſunt Jura.

Qvæ ut generalia à particularibus reſtricta fuere.

Ex. g. à Jure Feudali qvod Germanorum repertum eſt.

nis adſcribendi ſunt, cum de iisdem primùm Germani Autores ſcripſerint; nominaq; ac formulæ maximam partem teutonicæ ſint, & genio Germanorum bellicoſo conveniant optimè: id qvod & exteri Scriptores lubentes concedunt: Ex qvibus duos citasſe fortè injucundum non erit: Sunt verò Carolus Molinæus Pariſienſis & Gabriel de Bellis Pedemontanus JCti; qvorum Ille *in Conſvetudines Pariſienſes Tit.1. n.12. p. 4.* ita ſcribit: *Supereſt, ut qvod ſentio, dicam, qvod nec ex Hiſtoriis Romanis, vel Græcis, vel Juribus eorum & multo minus ex eorum commentatoribus didici: Sed ex vetuſtis tum monumentis, tum inſtrumentis inveni, Feudorum hujusmodi & inveſtiturarum Autores fuiſſe Francorum Reges, etiam ante nativitatem Chriſti in Franconiâ Orientali regnantes: & n.13. Illi Franci terras marte ſuo occupatas, in feudum concedebant ad onus recognitionis, Juramenti fidelitatis & certorum onerum militarium pro modo redituum Feudi, & ad onus renovationis Inveſtituræ certorumq; commodorum, mutatione Vaſalli contingente cum exceptione mutationis in lineâ directâ, & qvandoq; ſine eâ exceptione: & circa finem hujus num. Hæc eſt origo Feudorum hujusmodi, qvæ ſunt proprium qvoddam & peculiare πολίτευμα veterum Francorum non parùm utile & idoneum ad ſubditos & incolas in officio continendos:* A qvibus Francis primùm invectum eſt in Galliam. Hic verò *in Prolegomenis Tract. ſui de Feud. n.4. p.3. Feuda,* ait, *Germanorum inventum & apud eos primùm in uſu fuere, deinde invecta primò in Gallias è Franconiâ orientali anno Salutis 420, qvo Primus Francorum Rex Pharamundus Gallias ſuo marte occupavit, & Feuda ſuis Proceribus conceſſit ſub Fidelitatis Lege:* Poſteà anno Salutis 572. à populis prope Franconiam inhabitantibus in eam Italiæ partem, qvæ hodie Lombardia denominatur, ſic dicta, qvod Germani eam occupantes, longas barbas deferrent, qvo majorem incuterent horrorem. In confeſſo autem apud omnes ferè eſt, totum Jus Feudale, qvod Corpori Juris Juſtinianei ſubjunctum eſt, in noſtrâ Germaniâ receptum, & eſſe generale: pro qvo dogmate conglomerata vide argumenta apud *Sonsbecium de Feudis P.1. à. n. 22. p.7. Adde Grotium de I.B.P. L.2. c.7.*

Atteſtantibus exteris Juris-Conſultis.

Qvod Jus Feudale generale eſt.

c. 7. n. 21. p. 184. qvem an rectè *Dn. Limnæ. Annotam. ad Articul. 24. 35. Capitul. Caroli V.* intellexerit, in diſcurſu fortè oſtendendum erit. *Dn. Struv. exerc. feud. 1. §. 3. Schnob. Exerc. Feud. 1. §. 8.* Ex his verò Feudorum placitis, qvorum doctrina perutilis &ſcitu neceſſaria eſt, de Jure Subfeudi, loco Diſput. Inauguralis tractare conſtitui mécum. Ut verò ordine, qvi res eſt divina, & ſine qvo natura rei conſtare neqvit, de illo agam, exponam ejus doctrinam uſitato more in Conſentaneis & Diſſentaneis: Conſentanea declarabuntur in genere & in ſpecie. In genere explicabitur Subfeudi definitio Nominis & Rei; In ſpecie verò pertexentur cauſæ externæ & Internæ, & harum conſtitutarum effectus, & demum ſubnectetur aliqvid de Diſſentaneis ſive Contrariis. Tu verò Chriſte JEſu, Sapientia Patris Æterni, da mihi Spiritum Sapientiæ, qvi me ducat in omnem veritatem. Sit verò

Ex qvo de Subfeudo præſens Diſputatio eſt.

Paragraph. I

ANteqvam verò rei me accingam ipſi, operæ pretium erit de hoc diſpicere, Num revera detur ac exiſtat Subinfeudatio: inanis profectò inſumitur labor de re, qvæ in rerum natura non eſt; & cum Jura theorica ea addiſcenda ſint, qvæ ſuo tempore qvotidiano Judiciorum uſu in ipſis rerum documentis apparere qveant, juxta *§. 6. Inſt. de ſatisdat.* ludibrium debent illi, qvi magno niſu Jura deſvetudine inumbrata ſibi cognita reddunt: In qvorum cenſum & hoc noſtrum Subfeudum refert Franciſcus Hottomannus, Vir aliàs ſubacti Judicii & multæ lectionis, ſed, qvi & hìc & in aliis qvibusdam, ac fortè ut Cujacio, qvem rodit ſemper, dicam ſcriberet, à tramite Juſtitiæ aberravit. Ita verò perſvaſum ſibi habet, Subinfeudationem, poſt Friderici Imperatoris Conſtitutionem, qvæ *2. Feud. 55* extat, ſine conſenſu domini factam, ſublatam eſſe: cujus verba ipſiſſima citabo: ſunt verò hæc *Diſput. de Feud. c. 37. p. 104. Unus tamen à Feudiſtis Caſus paſſim excipitur, qvo alienandi feudi Jus Vaſallo, etiam ſine permiſſu, conceditur: Si modo illud alteri in feudum cedat, & ſi verè ac ſine fraude id faciat l. 2. t. 8. §. 1.*

Revera Subfeudum exiſtit.

Objectio Hottomanni.

nimirum ut alterum ſuum in locum ſubſtituat, qvi munus militiæ ipſi impoſitum ſubſtineat l. 2. t. 26. §. 23. & tit. 34. § 3. & *mox: Major aliqvantò qvæſtio exoritur, an nova Friderici Conſtitutione tota hæc Vaſalli ſubſtituendi poteſtas ſublata ſit lib. 2. t. 55. §. 2. ubi vetat, ne deinceps locus ſit callidis machinationibus eorum, qvi pretio accepto qvaſi ſub colore Inveſtituræ, qvam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt. Qvid enim ad Legislatoris mentem & propoſitum inter eſt, utrum Vaſallus gratis alterum inveſtiat, an accepto vel munuſculo vel pretio? & pag. 105. hæc habet: Etſi autem Friderici Conſtitutione Feudum alteri in feudum dari ſine Domini permisſu non poteſt. & ad 2. F. 55. §. Callidis inſuper &c. verb. colore Inveſtituræ p. 323.* hæc commentatus eſt: *Notandus locus, ex qvo contra omnium ſententiam & interpretationem contendo, hac Friderici Conſtitutione abrogari Jus, qvo Vaſallis licebat feudum ſibi datum alteri in feudum concedere l. 2. t. 9. §. 1. & tit. 26. §. 22. Qvod enim locus hic ſic accipitur, qvaſi non liberalis alienatio, ſed pretium tantummodò, qvod colore liberalitatis accipiebatur, prohibitum ſit: non video qvomodo ad finem Legis & Legislatoris mentem pertineat. Nam ſi Legislator alienationem permittit, qvid inter eſt ad ſummam Reipublicæ hoc eſt ad Imperatoris comitatum, & Legislatoris mentem, utrum gratis, an pretio alienatio fiat? aut qvid ad continendos in officio militari Vaſallos intereſt, utrum ab Infeudato aliqvid lucelli accipiant, an non accipiant? Itaq; qvod Feudiſta ſcribit lib. 2. tit. 8. licere hodie ſuum feudum alteri in feudum dare, dummodo ſincere & ſine fraude fiat, ſcriptum arbitror ante Friderici Conſtitutionem.* Hæc Ille: Cujus Diſputationis ſumma eò collimat, inſigniter intereſſe Domini, ut ſciat qvis ei ſit comes, & in qvem ſui fortunarumq; ſuarum conjiciat cuſtodiam, nec à prohibitâ alienatione ut genere excluſam eſſe poſſe

Refutatur Subfeudationem ut ſpeciem, ſive gratis, ſive numo Vaſallus inveſtiat: Sed ſcire oportet, licere, ſolo Jure feudali approbante, uti feudum refutare, ita qvoq; in alterum transferre: id qvod clarisſima loca oſtendunt, ut *2. F. 9. princ. & tit. 26. §. beneficium* & *tit. 34. §. ſimiliter,* & textus, qvi primo loco conſignari debebat *2. F. 3.* ubi dicitur: Per feudum cuilibet (beneficium à

Vaſallo) dari poteſt, niſi fiat in fraudem noſtræ conſvetudinis, vel Legis novæ bonæ memoriæ Lotharii vel Friderici Imperatoris: Ut ita expers fraudis Subinfeudatio, & Conſvetudine & duorum Imperatorum Conſtitutionibus communita ſit; qvæ illæ ipſæ Conſtitutiones ſunt, ex qvibus contra Subinfeudationem ſolus Hottomannus contra omnium Interpretum ſenſa animi inſurgit; uti fatetur *d. 2. F. 3. p. 191. Lotharii Tertii,* ſcribens, *qvæ extat infrà tit. 52. Friderici autem Conſtitutio extat tit. 55.* hinc eidem tale argumentum obverti poterat: Qvorum Impp. Conſtitutionibus Subinfeudatio, qvæ ſine Domini conſenſu fieri poteſt & à veteratoriâ verſutiâ aliena eſt, permittitur, ea iisdem Conſtitutionibus prohibita eſſe neqvit, ſed Lotharii & Friderici Impp. conſtitutionibus &c. Ergo. Qvamvis igitur omnis Feudi alienatio ſine conſenſu Domini ſit interdicta, ex Jure tamen antiqvo reſervatum eſt, ut qvis de Feudo ſuo etiam toto, alium pretio licet accepto, de qvo *infra §. 9.* inveſtire poſſit. *V. Hartm. Piſtor. lib. 2. qv. 44. n. 5. Dn. D. Jerem. Reuſn. Diſp. feud. 8. à. §. 28. p. 18. Ludwell. Synopſ. Iuris Feud. cap. 15. p. 396. Klammer. in ſuo Promptuario Juris T. 7. §. 5. ibid. Scheplitz lit. B. p. 190.* Dico etiam de toto, utut *2. F. 73.* ſcriptum ſit, ſubinfeudare nemini licitum eſſe, niſi majorem partem apud ſe retineat, cum non improbabilis Cujacii ibidem conjectura ſit, qvod, ſicut locatio pro re vilisſima, ita etiam hæc Subinfeudatio fraudulenta ſit intelligenda; aut citatus tit. ut extraordinarius (ab eo enim *tit. 73* initium capitur Extraordinariorum capitulorum, qvorum Authentica autoritas non eſt: *vid. Roſenth. de Feud. c. 7. Concluſ. 33. n. 17. CL. Struv. Exerc. F. 1. §. 7.* fruſtrà contradicente Cujacio ad *d. tit. p. 254.*) textus authenticos feudales corrigere neqvit. Sed qvæ ratio hujus licitæ Subfeudationis eſt? res, fateor, maximè controverſa eſt, qvot enim Interpretum capita, tot ferè hic ſunt ſententiæ: Julius Clarus Lib. IV. Sentent. §. Feudum Qvæſt. 32. n. 1. *Non potui,* ait, *hactenus reperire apud Dd. aliqvam bonam rationem, cur, ſtante generali prohibitione alienationis feudi, ſit permiſſa Subinfeudatio; cum tamen nulla videatur ſubeſſe cauſa ſpe-*

Totum etiam Feudum Subfeudari poteſt.

Subinfeudationis rationes qvædam rejiciuntur.

ciali-

cialitatis ſatis concludens. Alii ſentiunt, in feudalibus ad uſum potius eſſe reſpiciendum, qvàm exactam rationem indagandam: *Scheplitz ad Promptuar. Klammer. T. 7. §. 5. n. 9.* Qvid enim inter eſt, ſuffragio voluntatem ſuam populus declaret, an rebus ipſis & factis *l. 32. §. 1. D. de Leg.* Alii verò, ut credit Vultej. curioſiùs rationem non eſſe inqvirendam, cum non omnium qvæ à majoribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſit *l. 20. D. de LL.* Scilicet, qvod Vultejo concedo, ſubtilis & ſemper proxima: multa enim jure contra rationem diſputandi pro utilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus probari poteſt *l. 51. §. fin. D. ad. L. Aqvil.* id verò probro foret omni Legi & Juri, ſi ejusdem aliqvalis minimùm ignoraretur ratio:

Vera ponitur. Sed enim puto, ex ipſa Subinfeudationis naturâ vera deſumi poteſt ratio, cum per illam Jus Domini nullatenus deteriùs reddatur, utpote primus Vaſallus eſſe non deſinit, & mediante eo, alius Subvaſallus iisdem pactis & conditionibus obſtringitur; omne namq; Subfeudum regulariter (fieri enim poteſt ut Vaſallus Imperii ab alio Subinveſtiatur, ſalvo tamen Superioritatis & Vaſallagii Jure: uti notum eſt de Subinfeudato Wirtembergico Ducatu ab Auſtriacis: uti in Cadavi enſi conventione expresſum eſt: **doch dem heil. Reiche ſeine Obrigkeit vñ Gerechtigkeit/ auch dem von Würtemberg ſein Stand und Stim̃ im Reiche/ wie er ſolches zuvor hat gehabt/ am gemeldtē Hertzogthumb im allwege vorbehalten;** *V. Animadverſ. Joh. Schluter. contra diſſer. de ratione ſtatus Hippolithi à Lupide p. 3. c. 2. ſect. 1. p. 1037.*) præſupponit Feudum, & omne Feudum Dominum arguit, qvæ natura in cæteris alienationum ſpeciebus non obtinet: malumus profectò ampliari Imperium hominum adjectione potius, qvam pecuniarum copiâ *l. 7. §. 3. D. de bon. damnat. Scheplitz d. l. à n. 7. Hartm. Piſt. l. 2. qv. 44. n. 2. Dn. Rerſn. Diſp. F. 8. à th. 32. Dn. D. Svevus. Exec. Feud. 9. θ. 6. & Schroterus Diſp. 8. Feud. Asſert. 1. ibiq; Additionator.*

Subfeudi definitio Nominis. §. 2. Asſertâ Subfeudo noſtro ſuâ exiſtentiâ, in ſyllabo Conſentaneorum paucis de Nominis definitione ac origine

agere

agere volo; imitatus in eo & Imperatorem *pr. Inſt. Qvibus mod. re contrab. oblig. & JCtos in l. 1. pr. D. de J. & J. & l. 1. D. de Reb. Cred.* qvi ſemper verborum ſtudioſiſſimi fuere, benè ſcientes, qvod voces rerum ſint Symbola, qvibus ignoratis, res ipſas, qvæ ſubſunt, ignorari neceſſe eſt. Subfeudum autem dicitur à Præpoſitione Sub, qvod hic ſumi poteſt vel pro poſt (*v. Calvin. in Lexico verb. ſub*) cum poſt Feudum illud conſtituatur: vel notat tenuitatem (*v. Faber. in Theſau. verb. ſub*) cum Subfeuda ipſis Feudis tenuiora ſint. De nativitate verò verbi Feudi qvot gliſcunt lites? Hi enim à fœdere inter Dominum & Vaſallum intercedente: Iſti ex ſingulis literis hoc qvaſi ſignificantibus: Fidelis ero Vaſallus Domino vero meo: Illi à Germanico befehden/ vel Græco βοηθεία, qvod ad clamorem Domini accurrens Vaſallus periculum à Domino arcere, & contra ejus capitales inimicos pugnare debeat, alii aliunde, *ut Grotius in Floribus Sparſis ad Libros de Feud. p. 340.* à Fœd id eſt ſtipendii poſſeſſione, derivant, cum qvibus litigare nolo. Aptior verò nulla eâ, qvâ ipſe Feudiſta *2. F. 3. §. 2. in fin.* utitur, eſſe videtur derivatio, ut à fidelitate vel fide dicatur, qvæ eſſentiam Feudi tangit: hinc ipſi Vaſalli fidelium nomine inſigniuntur *1. F. 14. §. 1. tit. 4. §. 6. & tit. 6.* & ita ex latinitate tracta vox eſt: nec curandus eſt *Rittershuſ. qvi in Part. Feud. lib. 1. cap. 1. θ. 12.* ait, *Feudi vox nusqvam apud antiqviores ſcriptores legitur,* (de qvo qvidem judicent Antiqvarii) *qvam in Conſtitutione Caroli III. cognomento Craſſi, qvi circa annum Domini 881. imperavit*: & *Feudum, ut inſtitutum Germanum, veriſimile eſt appellari voce originis germanicæ*: Cui benè reſpondet *CL. Stuv. Exerc. Feud. 2. θ. 1. in exegeſi* ibi, *verum licet facilè concedamus, Feudum Germanico vocabulo &c.* Germanicum Lehn ſumptum puto à leihen oder lehnen/ qvod conceſſionem rei ad uſum aliqvem, ſive ſit commodatum, ſive precarium, ſive mutuum indicamus: conceditur enim Feudum ad qvendam uſum, utut ceteris uſibus multo ſit plenior: *V. Beſold. in Theſauro Pract. verbo* lehn. *Rittershuſ. d. l. θ. 14.* De Homonymia verò & Synonymia Feudi hic tractare velle, forte alienum foret: Remitto me ad loca

2. Feud. 8. §. contra & 22. §. ſi verò ubi Feudum pro re in Feudum conceſsâ *2. F. 3. §. 1. & 2. F. 20.* ubi pro contractu & *1. F. 25. 2. F. 1. §. fin.* ubi pro Jure, qvod Vaſallo conſtitutum eſt, accipitur, & & ad *CL. Struv. Exerc. Feud. 2. th. 2. Rittershuſ. d. l. c. 3. tit. 3. & 4. & Roſenth. de Feud. c. 1. concluſ. 6. n. 11.* & iterum provoco ad textus *1. F. 1. 3. 4. 5. 6. 7.* ubi Feudum dicitur beneficium, *2. F. 23.* res beneficiata & *1. F. 6.* titulus, hinc titulare beneficium.

§. 3. JurisPeritus, uti regulas Grammaticorum in verbis, ita Logicorum in definiendo obſervare eqvidem debet: cum verò grave ſit, ob varietatem rerum Juridicarum & diverſum genium has definire exactè & ἀκριβῶς, uti fidem dabunt illi, qvi ejusmodi negotia tractaverunt, contentos nos qvandoq; oportet eſſe qvalibus qvalibus deſcriptionibus. Veram Subfeudi definitionem nullam nobis reliqvere ῥαπσωδίας Feudorum Compilatores, & ſi eam (uti de Feudi definitione *CL. Struvi Exerc. Feud. 2. Aſſert 1.* ſunt verba) traditam haberemus in toto Jure Feudali, non eſſet ſanè, ut in tàm varias partes, ſolliciti de Juſta definitione, Feudorum Interpretes abriperentur. Arridet verò mihi valdè vel Finis (id eſt definitiò *l. 223. D. de V. S. ibiq; Jacob. Godofr. p. 109.*) vel deſcriptio hæc noſtri Subfeudi. Qvod ſit Jus in re immobili aut æqvipollenti ſub lege mutuæ fidei, uſus fruitionisq; cauſa per Vaſallum legitimè vel in totum vel pro parte conſtitutum: Qvorum verborum ſuccinctam ἐξήγησιν ſubjiciam. Generis loco poſitum eſt Jus, qvod proximum reor genus eſſe: licet enim & ipſum feudum Jus dicatur, & Subfeudum ut ſubalterna ſpecies, uti qvidam volunt, per Feudum ut proximum Subalternum genus deſcribendum videbatur, hæreo tamen animo, an Subfeudum pro inferiori ſpecie Feudi rectè divenditari poſſit, ſiqvidem dans Vaſallus per ſe & ſuo Juri relictus ſubinveſtiendo primum parturit qvaſi hoc Subfeudum: proinde perſvaſum mihi habeo, hoc ipſum Subfeudum conſpeciem eſſe Feudi. Per Jus verò intelligo facultatem à Lege tributam: nec alienus ſum à mente *CL. Struv. Exerc. F. 12. tit. 10.* ut Subfeudum per Dominium utile deſcribatur

Definitio Rei.

tur (uti Feudum per hoc ipſum *Exerc. Feud. 2. th. 3.* de ſcripſit) ob illam relationem qvæ inter Subvaſallum & rem Subinfeudatã intercedit. Differentia porrò ſpecifica petita eſt ab Objecto, tum materiali, tum formali, Subjectis & modo: Objectum verò materiale eſt res immobilis vel æqvipollens *2. Feud. 1. §. ſciendum:* ad formale refero verba hæc; Sub Lege mutuæ fidei uſus fruitionisq; cauſa: ſiqvidem in fide hac Juri in re conſtituto innexâ poſita eſt differentia ſpecifica, qvâ à ceteris affinium negotiorum ſpeciebus ſecernitur, uti Feudum, ita & noſtrum Subfeudum; & fas eſt Subvaſallo uti fruiſci illâ ipsâ re latius & melius ſimplici aliqvo uſufructuario: oportet verò hanc fidem eſſe mutuam, explicitè qvidem à Subvaſallo Domino Subalterno debitam: ab hoc verò illi implicitè & per qvandam conſeqventiam *V. textus 2. F. 6. in fin. & 2. F. 26 §. Domino committente.* De Subjectis autem & modo nihil in anteceſſum adferò, cum ſuo loco de iisdem ſcribere commodius erit. De hâc definitione, qvi plura videre cupit, conſulat *Dn. Kohl. Tract. de Subfeudis cap. 1. n. 4. p. 6. Dn. Reuſn. Diſp. Feud. 8. th. 27. CL. Struv. d. l. th. 10. & Olemann. Diſp. Feud. 8. n. 57. p. 159.*

Ejus cauſa Efficiens remota Jus Feudale.

§. 4. In genere & qvaſi confusè dum in definitione de Subfeudi qvidditate ac naturâ actum eſt, de ſingulis ut diſpiciamus diſtinctiùs, exigit juſta methodus: Cauſam igitur efficientem conſtituo aliam remotam, aliam propinqvam Subfeudi. Per remotam intelligo Jus Feudale antiqvum, per loca capitalia *2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. §. ſi verò vel totum 2. F. 26. §. beneficium 2. F. 34. §. ſimiliter*: qvæ, cum per Conſtitutiones Divorum Lotharii ac Friderici *2. F. 52. & 55.* abrogata non apparent, cur ſtare prohibeantur *l. 27. C. de teſtament.*? Id verò amplius qvoad has divales leges monendum eſt, qvod ratione effectus & confirmationis acceſſerint demum Juri Subinfeudandi, cum enim Vaſalli illâ primordiali licentiâ Subinveſtitionis *2. F. 9. pr.* in detrimentum Dominorum abuterentur, punivere Imperatores hunc abuſum, & qvid circa Subfeudum licitum ſit Fideli, expreſſere clarius: Proximam cauſam qvod attinet, eſt illa Va-

Proxima Solius ſcil. Vaſalli voluntas

 ſallus

ſallus, qvi hic principem efficiendi locum habet. Nec tantum primus Vaſallus Subinfeudandi Jure gaudet, ſed etiam alter, qvi primum fuit Subinveſtitus, imo tertius, qvartus, & ita in infinitum *2. F. 34. §. 2.* ibi, *& hoc ut dare liceat in infinitum*, (regulariter ſcilicet, aliter enim qvarundam Curiarum mores ferunt *d. 2. F. 34. §. 2.*) ex qvibus verbis hanc theſin formabo: Feudum in ſubfeudum infinities concedi poteſt. Qvam regulam JCtus *1. F. 7.* uno atq; altero exemplo illuſtrat: meminit enim Principis, id eſt Imperatoris, qvi primùm omnium inveſtierat Capitaneos, (qvæ vox ambigua eſt complectens jam eos Capitaneos, aliàs Valvaſores Regis aut Regni *1. F. 1. §. 1.* Item Valvaſores majores *1. F. 7. 2. F. 53. pr.* dictos, qvi Regale, id eſt cum Regali dignitate conceſſum Feudum habent *d. 1. F. 7. & 1. F. 1. pr.* jam eos notans, qvi Feudum Regalis dignitatis expers habent *1. F. 14. §. ſi Capitanei* & optimus textus *2. F. 10.*) hi verò ſua Feuda conceſſerant Valvaſoribus minoribus *d. 2. F. 10.* & hi rurſus iterumq; Valvaſinis ſeu minimis Valvaſoribus *d. 1. F. 7. & 15. videſis Dn. D. Reuſn. d. D. Feud. 8. th. 30. Obrecht. Lib. 3. de Jure Feud. cap. 10. n. 5.* Et cum *d. 2. F. 24. §. ſimiliter.* in eo alienatio & Subinfeudatio opponantur, ut illa ſine conſenſu domini caſſa ſit, hæc verò abſq; eo conſiſtat; (*qvod Illuſtrisſimus Liber Baro à Tautentenberg d. 2. F. 34. §. 2.* ſeu juxta ſuum Titulorum ordinem *l. 3. T. 25* largiter concedit) ſtatimq; ſubjungatur infinitudo Subinfeudationis, certꝰ ſum exinde, qvod & Subvaſallꝰ & eo qvivis inferior vaſallus abſq; voluntate proximi domini Subinfeudantis ſubinveſtire qveat; ac ita à Feudi Juris tramite abeat *d. Schenck. Baro*, dũ Subinfeudantis conſenſum poſtulat ſibi. Fluit qvaſi alveo pleno ex hoc liberrimo Subfeudi Jure, ſi caſtrum aut territoriũ, cui alii ſubſunt vaſalli, cum hisdem infeudatum fuerit, qvod in novum Vaſallum etiam Subvaſallorum bona qvoad dominium tranſeant, ac per conſeqventiam novus Dominus immediatus illis ad fidelitatem & ſervitia exhibenda paratis citra feloniam Subfeuda auferre neqveat: peti fortè pro hâc ſententiâ argumentum poterit ex *2. F. 51. pr.* videatur *Kohl de Subf. cap. 1. nr. 13. p. 9.*

§. 5. De

§. 5. De Perſonis autem, qvæ ſubinveſtituræ autoritate munitæ ſunt, obſervanda eſt regula *2.F.3.pr.* tradita. *Ab eo rectè ſit Subfeudi inveſtitura, qvi legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet: qvi enim qvalibet ratione aliqvid de ſuis rebus impeditur alienare, is nec per Subfeudum poterit inveſtituram facere:* (à naturâ enim feudi qvoad concedentes & acqvirentes fermè nihil aut parum degenerare videri Subfeudum, recte monet *Kohl. d.l. n. 10. p. 9.*) Ex qvibus verbis obſcurum non eſt, argumentari JCtum ex loco topico à contrario deſumto: qvalis argumentatio freqvens eſt Imperatori Juſtiniano & JCtis *v.pr. Inſt. de tutel. l.57. inf. D. de manumiſ. vind. & l.20. §.5. D. qvi teſtam. fac. poſſ.* Excluſi ab hoc Jure ad tria capita redigi poſſunt; Obſtat enim qvibusdam Subinfeudare volentibus, vel ætas, vel morbus animi & corporis, vel Jus Poteſtatis. Ob ætatem numero Pupillos pubertati proximos (de ceteris enim qværere velle, Domitianum foret ob §. *9. Inſt. de inutil. ſtipul.*) minoresq; : cum rerum præſertim immobilium (in qvibus & Subfeudum conſiſtit) ipſis alienatio interdicta ſit §. *2. Inſt. qvibus alien. lic. vel non*, & per jam jam laudatum textum *2. f. 3. pr.* eſt enim Subinfeudatio qvadantenus alienatio, qvod ſupra faſſus ſum, & infrà occurret. Si decreto Magiſtratus prævio accedat Tutorum Curatorumq; auctoritas & conſenſus, dederim illis Subinfeudandi Jus, qvodnam enim damnum incurrunt pupilli minoresq; dum acceſſione Clientum magis tuti fiunt? utut enim ſub fronte hujus §. *5. ex 2. f. 3. pr.* attulerim, ab impedimento alienationis ad feudi prohibitionem inferre licere, id verò de omnimodâ alienatione accipias velim. Ratione morbi animi hîc arceo furioſos ac mente captos, cum in curatione aliorum degant §. *3. Inſt. de curat.* & cum pupillis ſanæ mentis ſine tutore autore alienare non liceat §. *2. Inſt. Qvibus alien. lic. vel non*, qvantò magis his, qvibus, dictante Juris Prudentiâ nulla voluntas, nullumq; Judicium eſt: nec ſoli curatores talium perſonarum apti nati ad Subinfeudandum erunt, utpotè qvorum eſt in alienationibus minorum, & qvi his ſimiles ſunt, actui

Omnes non prohibiti Subinfeudare poſſunt.

Prohibitorum qvidam

alicui

alicui præcedaneo conſentiendo accedere, qvis verò actus hic præceſſiſſet? Sed de prodigo, qvi qvidem ipſo Jure ob acqviſitum prodigalitatis habitum talis eſt, modo declaratio magiſtratus accedat *d. §.3. Inſt. de curat. l. 1. D. de Curat. furioſ.* cum nemini absq; cauſæ cognitione rerum adminiſtratio adimenda ſit. *l. 2. D. de his qvi ſui vel alien.* qvid ſentiendum? indebitè ſibi Subinfeudandi provinciam ſumet, cum ratione bonorum furioſum faciat exitum *d. l. 10. D. de Curat. furioſ. l. 12. in fin. D. de Tutor. & curat. datis* nec curo, ſi objiciatur, qvod per Subfeudi dationem benè ſibi poſteritatiq; ſuæ conſulat prodigus, cum enim LL. facultatem alienandi adimunt eidem, cur Subinfeudandi concederetur licentia? *vid. 2. F. 3. pr.* Ob defectum corporis ſunto mutus & ſurdus; de qvibus anteqvam aliqvid hîc pronunciem, diſtingvendum eſt, an qvis ad negotia civilia celebranda ineptus ſit, id eſt nec ipſe qvid agat, nec alii qvid cum ipſo agant, intelligat; an verô per ſigna vel literas ſenſus animi exprimere posſit: Jam ille per ſe ſubinfeudare neqvit, id verò ejûs Curatori, qvi necesſario dandus eſt *§. 4. Inſt. de Curat* modo Decreto ſuffultus fuerit, facilè permiſerim *arg. t. t. D. de rebus eor. qvi ſub tut.* Hic verò major ſcil. natu, cum qvid ſit feudum, Subfeudumq; calleat, per ſenſus viſus aut auditus, ſignis, literis aut verbis ſecundum ſuam conditionem adhibitis, poterit absq; ùllo Curatore ſubinveſtire *arg. §. fin. Inſt. de hered. qvalit. l. 5. pr. D. de acqv. vel amitt. hered. l. 33. §. 2. D. de donat l. 48. D. de O. & A.* nec deſiderarem Decretum, cum cauſa interponendi Decreti, ſcil. fragile judicium, cesſet in hoc muto vel ſurdo majore ńatu *V. Struv. Exerc. F. 5. theſ. 4. in fin.* Ratione poteſtatis incapaces erunt Servi, cum nihil proprii habeant *§. 3. Inſt. per qvas perſ. cuiq; acqvir.* De qvibus verò, cum ſervitus formaliter Romana à noſtris moribus recesſerit, nihil amplius proferre debeo. De filiisfamilias asſero; ſi bona adventitia ordinaria id eſt in qvibus patri non eſt ademptus uſusfructus *arg. Nov. 117. cap. 1. §. 1. verb. licet ſub poteſtate ſint, licentiam habeant;* Subinfeudandi ſpartâ potiri non posſunt ob uſumfructum patri debitum

debitum; urgeo textum *2. F.3. in pr. ibi novi vero &c.* videantur, qvi, de filiisfam. qvi infeudare neqveunt, diſputant, *ut CL. Svev. Diſput. F.3. th. 7. in fin. Niell. D. F. 2. th. 4. in f. & Schnobel. Diſput. Feud.3. th.3.* De Subjecto Subinfeudationis ſeu Subvaſallo, infrà commmodior agendi locus erit.

Res in Feudum data Subinfeudari poteſt

§. 6. Jam de Objecto ſeu materia, circa qvam Subinfeudatio occupata eſt, amplisſimo negotio, tractandum eſt; ſed, qvantum posſibile erit, brevitatem ſectabor: Ubi initio propono regulam; *Qvæ res in feudum data eſt, de ea vel totâ vel ejus parte per feudum licet inveſtire;* uti ferè conceptisſima verba ſunt in textu *2. Feud.9.pr.* ubi, per feudum inveſtire, ſi ex lineâ tertia Subjectum repetas, idem eſt ac Subinfeudare; tale enim eſt prædicatũ, qvale permittitur à ſuo ſubjecto: retinui autem conſultò in regula phraſin textꝰ, cum jucundum ſit cum Legibus ac Juribꝰ loqvi. Tralatítii a. juris eſt, uti feudum, ita & Subfeudũ, in re immobili aut æqvipollente conſiſtere: *vid. Definitio Subfeudi §.3.* De re mobili diſceptabo in præſenti, num Subinfeudandi Juri ſubſterni posſit? hanc infeudari posſe plures inficiantur. Inſtar omnium cito *Oldendorp.* (qvi tamen ex Judicio *CL. Taboris in Analyt. ad Ordinat. Carol. V. art. 157. §.9. p.443.* rectè docendo & purè ſcribendo ſuperiores Commentatores vicit:) *de Actionibus Beneficiariis §.IX. n.4. p.931. Res,* ſcribentem, *mobiles non posſunt beneficiario Jure concedi 2. F.1. primùm, qvia non posſet proprietas manere penes Dominum qvod natura beneficii poſtulat: deinde qvoniam uſu conſumerentur, & facilè ſeqveretur oblivio beneficii: nec adverſus iſta abſurda qvicqvam prodesſe posſet cautio: Si qvis fortè putaret formulâ cavendi utendum esſe, ſicut in uſufructu pecuniæ: longè namq; differt hîc contractus ab aliis commerciis:* Admittunt alii, non qvidem per ſe, ſed per conſeqventiam rerum immobilium, ac ſi id conſvetudo ferat, posſe eam rem in Feudum concedi. Sed Academicâ philoſophandi libertate fretus, jure mobilem rem, uti infeudari ita ſubfeudari posſe, tuebor. Præſuppono tamen id improprium fore & esſe ſubfeudum: convenit enim in eo, improprium esſe ſubfeudum, ubi hujus esſen-

An mobilis? negat Oldendorp

Diſtingvunt alii

Sed affirmatur ſimpliciter.

 tia

tia perfectè nonadeſt, aut qvod à communi ſui naturâ deflectit: *v. CL. Struv. Exerc. Feud. 4. th. 1.* produco verò in hanc rem Textus 2. F. 25. ibi, vel nummos in feudum dandos numeret & 2. F. 20. ibi, de qvalibet alia re; idq; remedio ſatisdationis in conſtituendo qvaſi uſu fructu rerum conſumptibilium receptæ l. 2. l. 6. & ſeq. l. 9. D. de uſufr. ear. rer. qvæ uſu §. 2. Inſt. de uſufr. Oldendorpio autem ita ſatisfacerem, nempe qvod feudum ſit, ubi obligatio ad fidem enixè præſtandam contracta eſt, utut adæqvatum ſubjectum deficiat, qvod verè qvalitatem feudalem ſuſcipere posſit: aut, ſi credimus *Schnobelio Diſput. Feud. 1. Theſ. 21. & Diſp. 2. Th. 22.* Dominium directum non eſt esſentiale ſed naturale tantum feudi, qvod abesſe poteſt, hinc faciliùs loco dominii ſuccenturiari poterit cautio expoſita, qvæ aptisſimè dicitur ficta proprietas & ſignificantiæ; qvæ ipſa cautio facit, ut nunqvam Vaſallus beneficii oblitus fuerit: & hæc tantò magis in Subfeudo ſtatuenda ſunt, qvantò certius eſt, Vaſallum ſubinfeudando ſibi non eo modo qvo dominus retinere dominium ſed qvoddam ſubalternum *V. CL. Struv. d. l. th. 2.*

Definitio Regalium Feudorum

§. 7. De Regalibus ſeu Illuſtribus Feudis, anxiè qværitur, num Subinfeudandi Juri ſubjaceant? Dicuntur verò ita, qvod eorum inveſtituris Regalis dignitas, id eſt ſingularis præeminentia, & Regibus proxima poteſtas, confertur ab eo, qvi conferendi poteſtatem habet *2. f. 10. pr. & 1. F. 14.* Reciprocant Hiſtoriarum helluones ſerram contentionis de Origine hujus dignitatis, de qva paucis diſpiciam. Sunt qvi parva initia horum Feudorum ad tempora Caroli M. Imperatoris latè-dominantis rejiciunt; id enim apud omnes in-confesſo eſt, hæc etiam dignitate coruſcantia Feuda germanicæ originis esſe: Jam cum ille Carolus M. totam penè Germaniam cum Galliâ & Italiâ Imperio continuerit ſuo, probabile eſt, Eum ferocientibus aliàs Germaniæ Dynaſtis ſpeciem qvandam Superioritatis, ut parerent faciliùs & vim ab Imperio arcerent, aut dedisſe aut permiſisſe: in qvod eqvidem me non intromitto. Hoc certius atq; apertius ex Hiſtoriis habemus, progresſu temporis immane

qvantum

qvantum adauctam fuiſſe hanc Ducum, Comitumq; Poteſta-tem: cujus rei gratia ex *CL. Struv. Exerc. Feud. 1. th. 4.* hunc Rhenani eò libentius tranſcribo locum, cum finem qvendam hujus αὐτοκρατορείας ſpeciei indicet rationemq;: *Primus*, ſunt verba, ſub *veteribus Francis liberæ poteſtatis Dux fuit in Saxoniâ Henricus Ottonis pater, qvi poſtea germanico Regno præfuit: idq; ob eam cauſam, ut Sclavinos arceret: diligentius autem cuſtodiuntur qvæ propria ſunt:* Idem CL. Struv, d. l. ubi inſimul de natalibus ſecularis Epiſcoporum poteſtatis tradit: Addatur *Wilhelmus Becker in synopſ. JPlic. l. 11. c. 4. §. 14 p. 239.* Sed hæc qvaſi obiter: Ad qvæſtionem formatam ita cum magno illo JCto *Reuſnero Diſp. feud. 8. th. 31. p. 19.* reſpondeo, (tutius enim ſemper eſt, de qvæſtionibus qvæ Jura Principum attingunt, verbis Magni alicujus JCti reſpondiſſe) in Feudis Regalibus ſubinfeudatio non procedit, totis nimirum & univerſis, in particularibus enim non improbatur, modo Regalibus exinde nihil detrahatur: Qvorum verborum pro captu meo ſuccinctam ἔκθεσιν ſubjiciam. Notum eſt ex *2. F. 55. §. firmiter*, qvod Ducatus, Marchia, Comitatus non dividatur; cujus ratio eſt poſita in dignitate & utilitate Ducatuum conſervanda, qvo penes unum conſiſtentes perpetuâ integritate perſeverent: jam præſertim per plures ſubinfeudationes & inde enatam fiſci penuriam dum alii fiſcales participant reditus, vix eſt, ut non diſpereat apud hoſtes Principum autoritas, & hi careant neceſſariis: Id qvod in parte bonorum æq; non contingit, modo notabile detrimentum non inducatur. qvamvis enim per Subfeudum Regale feudum non dividatur, utpote cum partes inde emanantes remanere nihilominus videantur, qvia Subvaſallus non pro ſuo, ſed pro alieno id eſt intuitu Subinfeudantis poſſideat (ſicut enim in Feudo civilis poſſeſſio, Domino, & naturalis Vaſallo adſcribitur *v. 2. F. 22. & 2. F. 8. in fine adi Schnobel. D. F. 8. th. 21.* ita & hîc in Subfeudo iidem termini de Subalterno Domino & Subvaſallo prædicari poterunt) qvia verò reditus, unde Dignitas eminens ſuſtentanda ac tuenda erat, ſubtrahuntur, eadem qvæ Feudorum Rega-

Qvæ & ipſa in particulari ſubinfeudari poſſunt.

lium

lium prohibuit diviſionem, hîc ſubesſe videtur ratio: *ac in Chryſo-Bulla tit 20.* ita diſpoſitum eſt: *cum univerſi & ſinguli Principatus, qvorum virtute ſeculares Principes Electores, Jus & vocem in Electione Regis Romanorum in Cæſarem promovendi obtinere noſcuntur, cum Jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis eis, & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti, & inſeparabiliter ſint uniti, qvod Jus, Vox, officium & dignitas, aliaq́; Jura ad qvemlibet eorum Principatuum* eorundem ſpectantia, cadere non posſint in alium præter illum qvi principatum ipſum *cum terra, vaſallagiis, feudis & dominiis ac eis pertinentiis univerſis dignoſcitur posſidere &c.* En Dignitas Electoralis indisſolubili nexu ElectoralibusProvinciis adhæret *v. Dn. Carpz. poſt D. feud. 8. qvæſt. 1. ex A. B. imo Kohl. de Subfeud. c.1.n.9.p.8.* de omnibus Feudis Regalibus bonisq; ſub iis comprehenſis docet, qvod contemplatione dignitatis, ejusq; tuendæ gratia concedantur *V. CL. Struv. exerc. feud. 12. th. 10.*

Falſa Feu- *di Eccleſiaſtici deſcriptio Corvini.*

§. 8. De Eccleſiaſtico Feudo qvæſtionis eſt, an ſubinfeudari posſit? de qva anteqvam meam exponam ſententiam, monere volo, qvod malè Eccleſiaſticum *à Corvino in Aphoris. ad Jus Feudale lib. 1. tit. 3. p. 15.* dicatur, esſe, qvod à perſona Eccleſiaſticâ concedatur, licet enim permisſu Canonum *c. 6. X. de foro compet.* & moribus, qvibus Jus Feudale ſuffragatur *2. F. 40. inf.* eô perventum ſit, ut Clerici ab initio feuda accipere, & hæc aliis dare posſint; erroneum tamen eſt, à Clerico Eccleſiaſticum nominari beneficium, ſed potiùs, qvod in re Eccleſiæ conſiſtit *v. 2. F. 35 in pr. & cap. 5. X. de Judiciis*, certumq; eſt ex Hiſtoriis, Imperatores ut tales contuliſſe ArchiEpiſcopatus &c. in Feuda, *vid CL. Strûv. D.* F. *3. th. 7.* De hoc Feudo *Baldus in 2.* F. *40.* opinatus eſt, id ob Eccleſiæ favorem absq; Prælati conſenſione non licere Subinfeudare. Sed contrà facit qvod nullus textus qvoad Subinfeudationem inter ſeculare & Eccleſiaſticum feudum diſtingvat: imò cum *1. F. 6. pr.* res Eccleſiæ ſolitas infeudari reinfeudare liceat, ad facultatem ſubinfeudandi, qvæ principali feudi concesſioni ineſt, argumentari bona conſeqven-

Ejusdem vera.

Idem Subinfeudabile eſt.

ſeqventia erit *V. Kohl. d. l. cap. 3. n. 10. p. 58. CL. Struv. Exerc. Feud. 12. Th. 1. in fin.* Decimas verò ſub titulo Subfeudi nec poſſe nec debere concedi poſt Concilium Lateranenſe, una Dd. ſententia eſt: ſunt verò illæ tributa DEi & animarum egentium qvæ DEo, Epiſcopo, Clericis & pauperibus ex omnibus bonis licitè qvæſitis, ſingulis annis præſtandæ ſunt *C. cum non ſit 33. & C. Tua 26. X. de Decim. v. Joachim. Steph. in Inſt. Jur. Canon. l. 2. c. 6. n. 4. p. 152.* Prohibitam verè decimarum ſubinfeudationem ex *cap. 17. & 19. X. de Decim.* probatum damus, ubi, *d. c. 19.* ex Concilio Lateranenſi verba hæc tracta ſunt; *Prohibemus, ne Laici decimam cum animarum ſuarum periculo detinentes in alios laicos* (imo nec in Clericos ſine Epiſcopi Diœceſani conſenſu *cap. ſ. d. tit. & c. 7. X. de his qvæ fiunt à Prælato.*) *poſſint aliqvo modo transferre.* Nec obſcurè in *d. c. 7. in fin.* admittitur diſtinctio, an decimale feudum ante, an verò poſt dictum Concilium conſtitutum ſit: pro qvâ, ex eodem Jure Canonico, clarior eſt textus *cap. 2. §. ſanè de decim. in 6.* ut ita Papæ non crediderint, ſubeſſe animæ periculum, ſi Decimæ poſt Concilium illud Jure feudi poſſideantur, utut idem metuat *Caniſius in prælectionibus in tit. X. de Decim cap. 3. n. 8. p. 84.* ubi ait: *Laici Decimas ante Concilium Lateranenſe in feudum receptas licitè qvidem poſſident, ſed non ſine periculo animæ, utpote ceſſante Eccleſiæ neceſſitate, ob qvam eas in feudum acceperunt.* Plura qvi hîc ſcire deſiderat, eum remitto ad *Dn. Carpz. Juris Prudent. Conſiſtor. l. 1. T. 8. defin. 125. à n. 10. CL. Struv. Exerc. feud. 6. th. 4. Giphan. de Jure feud. c. 7. n. 11. p. 42. & in ſpecie de ſubinfeudatis decimis Kohl. d. l. c. 3. n. 12. p. 61. & Dn. D. Reuſn. Diſp. feud. 8. θ. 42. p. 29.* ubi de Germaniæ conſvetudine ex Zaſio refert, qvod prohibita Decimarum Subinfeudatio malè ſervetur.

Qvoad decimas diſtingvitur.

§. 9. Ut verò Subinfeudatio ſubſiſtat, tribus hiſce eandem inniti oportet; ſcil. ſinceritati *2. F. 3. §. ſed etiam 2. F. 9. pr.* Capacitati ſubvaſalli *2. F. 26. §. beneficium à Vaſallo*: & Paritati pactorum, qvæ vaſallum ſubinfeudantem ligant *2. F. 34. §. ſimiliter*: Qvæ ut ſigillatim exponantur, merentur jure ſuo. Sinceritatem rurſus iterumq; ad tria capita revoco; primum ſit, ut illud

Reqviſita Subinfeudationis.

Ut 1. ſinceritas qvæ trimembris eſt.

illud ipſum, qvod agitur reverà hat id eſt Feudum nudè ſubinfeudetur, nec ſubinfeudationis prætextu, venditio, aut alia de Jure Feudi interdicta alienatio, celebretur 2. *F. 55. §. callidis inſuper machinationibus &c.* ubi figmeuta ſub ſchemate Subfeudi prohibentur & iisdem utentes puniuntur. Qvæſtionis eſt, an claſsi doloſæ Subinfeudationis accenſendum, ſi pretium interveniat? id qvod *Illuſtrisſimus Schenck. Baro ad d.* §. *Callidis. p. 387. asſeverat, ita commentando: Expreſsè 2. F. 55. §. callidis, ſtatuitur, pretio accepto, ſub colore Inveſtituræ feudum transferri non poſſe: imo tale figmentum in fraudem Legis commisſum, etiam Feudi diſpendio fuerit expiandum. Toto igitur cælo erravit hic Gloſſa, qvæ innuit pretium, neſcio qvod dimidiatum totius Feudi, nihilq; amplius ſubinfeudantem recipere poſſe. Nam ut patet ex præmisſis, ſine ullo pretio liberè gratisq; præfata feudi inveſtitura, qvam ſubinfeudationem vocant, concedi debet: Qvorum vel illa ſit ratio, ne obſeqviorum feudalium & ſervitiorum onera per ſe ſatis gravia, pecuniæ erogatione, preciiq; ſumptibus reddantur graviores, ſicq; dominorum & Imperii utilitas minuatur: Hæc Ille;* cujus ſententiam in hunc Syllogismum conjicio.

Interventu pecuniæ Subfeudum non vitiat

Objectio.

Qvòd textu feudali ob ſonticam rationem expreſsè eſt prohibitum, in eo defendendo tanqvam non prohibito, graviter erratur.

Atqvi τὸ ſubinfeudare accepto pretio 2. F. 55. §. callidis. ob ſonticam rationem expreſsè eſt prohibitum.

Ergo in defendendo τῷ ſubinfeudare, precio accepto, graviter erratur.

Removetur.

Reſp. telum hoc partem aliqvam §. 1. esſe retuſum: Summa verò Diſputationis Illuſtrisſimi Baronis eſt, Subfeudum ſine ullo pecuniæ autoramento fieri oportere. Verum enim ex *1. F. 1. §. fin. & 1. F. 16.* clarum eſt, ſubfeuda, pretii interventu, rectè conſtitui, modò id ſincerè id eſt ſine ullius doli mixtura fiat; qvod §. 1. puto evictum. Jam *d. §. callidis* non eſt ſinceriter tractatum, qvod verba hæc oſtendunt, *qvaſi ſub colore Inveſtituræ: item figmentum:* proinde ſalvus erit hic textus, ſi diſtingvas, inter ſinceram ſubinfeudationem acceſſu precii, & inter callidis machinationibus & figmentis coloratam pecuniâ intercedente: hanc enim textus

obje-

objectus, non verò illam exoſam habet. Et vanus Baronis metus eſt, magis oneratum iri obſeqviis aliàs onuſtum ſubvaſallum, ſi numus pendendus ſit: Qvid ſi ſpontè pecuniam offerat, ut in numero ſubclientum haberi qveat? ac ita pecunia non ut pretium ſed ut honorarium æſtimetur: Qvid ſi illud precium reditu unius anni penſetur ex feudali agro? & qvid publicum bonum imminueretur, ſi ditior redditus vaſallus ad ſuſtinenda ſua ſervitia magis idoneus fiat. *V. Dn. D. Reuſn. D.F.8. th.36.p.24 CL. Struv. Exerc. F. 12. th.XI. Dn. D. Svev. D. F. 9. th. 7.* Alterum (utut hoc ipſum à ſecundo reqviſito, de qvo §.10. vix diſtet) circa ſinceritatem obſervandum eſt, qvod Domino Jus ſuum integrum illibatumq; per ſubinfeudationem manere debeat, utpote cum Vaſallus meliorem qvidem conditionem facere poſſit, non verò deteriorem ſine Domini voluntate *2.F.8. §. qvid ergo ſi &c. & §. econtrario*: Prohibitam tamen aut fraudulosam illam non dixerim ſubinfeudationem, ſi vaſallus ſenio confectus, aut alia de cauſa prolem ſibi naſcituram deſperans alium inveſtiat, cum, qvod infrà occurret, ſtare inveſtitioni Dominus non cogatur, ſi mortuo ſubinveſtitore ipſi apertum fuerit feudum, utpote qvi in ſuos uſus redigendi adapertum beneficium licentiam habet *2.F.54.in fin. V. Dn. D. Reuſn. d.l.th.37. p.25.* Et tertium in eo eſt hæc fidei puritas, ne in fraudem agnatorum Vaſallus ſubinfeudet *d.2.F.8.§. è contrario.* *etiam ſenio confectus rectè ſubinfeudat.*

§. 10. Sinceritatem hanc ſeqvitur ſubvaſalli habilitas, id eſt ut utar verbis *CL. Struv. Exerc. F. 12. th. 11.* cum meliora non ſuppetant: *Ne in Domini damnum vergat hæc Vaſalli diſpoſitio de Feudo; Cum enim Capitanei & Valvaſores majores hoc eſt vaſalli primi qvantò ampliora habent Feuda, tantò cum majore apparatu exhibere tenentur ſervitia; & verò hæc ope Valvaſinorum ſeu ſubvaſallorum præſtent: æq; idonei hi, ac ipſi Vaſalli, debent eſſe ad ſerviendum: namq; ſi minus idonei fuerint, ad Dominum inde redundaret incommodum. Hæc Struv*: Reqviritur nempe in vaſallo & ſubvaſallo nulla alia æqvalitas qvam ſervitiorum præſtandorum, ut ita neceſſe non ſit, ſubvaſallum paris dignitatis, vel autoritatis cum Vaſallo eſſe, id qvod probatum do per clarum *2 habilitas ſubvaſalli.*

textum 2. F.26. §. *beneficium*, *ibi*, *dum tamen militi detur*: Qvaſi dicat JCtus: Citra controverſiam feudum qvod Titius ad ſerviendum, ſine exceptione idoneus, habet, Cajo dare poteſt, ſed qvi par Titio ſervitiis ſit: & clarior locus eſt *2.F.34. §. ſimiliter* ibi, *ſi ſecunda perſona ſit talis qvæ feudo ſervire posſit, ut ſi dans miles eſt, & ille qvi accepit feudum, inveniatur miles, ad hoc, ut feudum, ſi contigerit, domino ſimiliter ſervire, ut & prior posſit*: ex qvo textu illa unica evidenter ſervitiorum paritas oſtenditur, ſiqvidē miles (ob ſervitia enim bellica primùm introducta ſunt feuda) in militem rectè ſubfeudum confert, qvi Domino nec ſecus, nec ſegniùs ac ille ſervire qveat. De qvo in Schola Dd. unanimis conſenſus eſt: *V. Schenck. Baro l.3. T.12. p.458. Obrecht. de Jure feud. l.3. c.10. n.16. Dn. Reuſn. d. D.8. th.38. p.25. CL. Struv. d. Exerc. feud.12. §. XI. Schnob. D.F.8. th.25.* An major & potentior vaſallo ſubinfeudatione decorari posſit, lis dura vertitur inter Dd. *Additionator ad Setſeri Arborem Feudalem Diſp.8. th.3. Addit.1. p.413.* ait: *Ne unicâ ſyllabâ mentio ſit MAJORIS qvalitatis, ſed tam altum eſt ſilentium de majore, qvam de MINORE, vel inferiore perſonâ: Imo ſæpius non integrum esſet Domino, Majoris autoritatis, nobilitatis vel generis potentioris accipere vaſallum, qvem in officio retinere non posſet, aut cujus officia & ſervitia exhiberi ſibi ſi peteret, qvi duplicata vel triplicaca afferret, ut ſi comitari deberet Dominum eqvis octo, ille vero offerret octingentos, ubi certè æq; videmus domini interesſe, ne potentiorem vel majorem habeat vaſallum, ac ipſius intereſt ſi habeat minorem.* *Hæc Setſerianus Gloſſator*: qvi non omnem majorem ac potentiorem excludit, ſed talem tantum, qvem intra limites Jurisdictionis Feudalis redigere gravis res foret. *Andreas Kobl. verò d. tract. de Subfeud. cap.2. n.13. p.20.* nullo modo potentiorem admittit, tùm ob præjudicium ac damnum qvod ſenſurus esſet Dominus in difficillimâ ſervitiorum exactione, &, ſi fortè ipſi apertum esſet ſubfeudum, in deſperata ferè ejusdem recuperatione: tùm qvod potens convenien- di facilitate videatur inidoneus *arg. l. 2. D. qvi ſatisd. cog.* tùm deniq; qvod fraus ita præſumatur. Ego verò exercitii causâ Potentioribus patrocinabor: Video autem in textibus indiſtin-

Potentiorē in numerū Subvaſallorum ad-

ſtinctè licere ſubinfeudare qvemvis, modo miles ſit, & qvidem abſq; domini conſenſu *d. 2.F.34.§.ſimiliter*; jam vix ſibi relictus erit Vaſallus, ſi ad nutum Domini, qverulantis forte Vaſallum potentem eſſe, parere neceſſe haberet: & poterunt cancelli ab initio, dum res adhuc integra eſt, poni potenti ſubinfeudando ratione obedientjæ, juxtimq; ratione reſtitutionis Subfeudi, in caſum aperturæ: nec novum eſt, ut Potentiores ſalvâ ſua Majeſtate & Autoritate, ſubmittant ſe aliis, imo in ſuis ipſis judiciis ſibi ut aliis Jus dici patiantur libenter, qvod facilè probari poterat, ſi per celſitudines rerum ire liceret: Argumentum autem de præſumpta fraude, leve puto, ſiqvidem, ſi ſubinfeudator defraudare præſumeret Dominum, vix eſſet ut fraudis ſubvaſallus conſcius non fuerit, qvod de Magnatum divinis animis nunqvam præſumendum eſt: hinc, qvod credo, gratulari de Potentiori Subvaſallo ſibi deberet Dominus, qvi prout caſus ſineret, juſtò majora ſervitia offerret. *ſciſci poſſe defenditur.*

§. 11. Succedit nunc tertium reqviſitum, qvo itidem Domino cavetur, ne ſubfeudi conceſſione, damnũ aliqvod incurrat; & cum ut plurimum Feuda ipſa certis qvalitatibus, pactionib9 ac conditionibus muniantur, eædem in Subfeudo ut obſerventur oportet. Hoc eſt qvod *2.F.34.§.2.* dicitur, *Ille, qvi ſuum beneficium alii dat in feudum, non debet aliâ lege dare, niſi qva ipſe habeat*, & *2.F.58.§.2. Eâdem lege & eodẽ Jure debet habere rem iſte, qvi inveſtit9 eſt, qvàm haberet, qvi eum inveſtivit*: Hujus ratio ab ipſa Subfeudi naturâ peti poteſt; nempe cum vaſall9, autor Subinfeudationis, dimidiũ tantum rei habeat dominium, pro lubitu ſuo has illasve conditiones adjicere neqvibit *d.2.F.34.§.profectò*: at ſi id feudatario permitteretur, facilè Subfeudo illas qvalitates ſuperinducere t, qvæ vix ab alienatione diſtarent, contra §. *callidis 2.F.55.* utar ad illuſtrandã rem uno atq; altero exemplo, cum, ajente Senecâ, longum iter ſit per præcepta, breve verò & efficax per exempla. *d.2.F.34.§.2.* dicitur: *Si fidelis habeat ſibi, ſuisq; heredibus* (*qvod intelligi debet de ſolis maſculis*) *non debet alii dare, ut habeat ipſe, & ſui heredes maſculi & fœminæ*: cum hæ ordinariè à feudi ſucceſſione (ergo & Subfeudi participatione) repellantur *1.F.1.§3.* ubi

3. pactorũ &c. paritas

Affertur ejus ratio.

fœmina de feudo maſculino ſubinfeudari neqvit.

ubi hæc communis lectio eſt: *Hoc autem notandum eſt, qvod licet filiæ, ut maſculi, patribus ſuccedant: Legibus tamen à ſucceſsione feudi removentur*: nec enim probo, qvod Cujac. pro patribus legit paribus: & *Rittershuſ. Part. Feud. l. 1. c. 14. §. 1.* ita diſtingvit: *Licet filiæ ut maſculi patribus ſuccedant Legibus; id eſt Jure civili*: Siqvidem cum Hottomanno per Leges e. gr. Lotharii & Conradi Conſtitutiones intelligi poſſunt, per textum *2. F. 34.* In rationes verò hujus fœminarum repulſæ Dd. diligenter inqvirunt, *V. Rittershuſ. d. l. p. 175. & 176.* Qvarum illa mihi arridet inſigniter, qvod fœminæ ad defendendum dominum in prælio ineptæ ſint; eſt enim origo Feudorum ex militiâ, & munus ei annexum utplurimum militare, qvale ſexui muliebri minimè convenit; ac licet antiqva & noſtra ſecula armis adſvetas dederint fœminas: veniatq; *Hieronymo Garzonio tract. de fœminis ad Feud. recip. vel non*; appellatione maſculi fœmina virago: ad illas tamen concedentem reſpexiſſe probabile non eſt, & riſu Garzonius dimittendus eſt. Sed qvomodo *Menochii in Conſilio 148. n. 43. verſ. Qvartus eſt caſus* (citante eum *Koblio d. tract. de Subf. c. 2. n. 18. p. 23*) cuneus trudi poterit, qvod, etiamſi fœmina Subfeudataria fiat, nihil damni ſenſurus ſit directus dominus, cum huic fœmina nulla deberet ſervitia: Verum cum Vaſallus hîc, dum ſervitiis præſtandis mulier inidonea eſt, & his & reditibus Subfeudi cariturus ſit, ſubverendum, ne ille par præſtationi munium vix esſe posſit: Imò nec Dominus à fœmina conſecuturus esſet ſervitia, ſi inopia aut alia calamitate presſus Subinfeudator ſervire non valeret: Alterum Doctorum eſt exemplum, qvod Eccleſiæ ac Univerſitatibus Subfeudum non rectè concedatur: periiſſet enim Domino ſpes omnis ad ſe unqvam reverſurum feudum, cum, qvod *de Rep. Tacitus ait, Eccleſia ac Univerſitas ſit immortalis, ſeu uti eſt* 1. F. 13. *Eccleſia non deſinit esſe heres V. Additionator ad Schroter. Exerc. F. Sth. 3. pag. 413.* de qvo exemplo addubito, cum per mortem primi vaſalli Subinfeudatio exſpiret & ita Univerſitatis immortalitas attendenda non erit.

Cujus prohibitionis ratio datur.

Licet fœmina arma tractare ſciat

Reſpondetur Menochio.

nec Univerſitates ſubfeudi capaces esſe traditur à Dd.

§. 12. Priusqvam à Reqviſitis feudi abeam, qvæſtionis eſt num exuendus feudo Vaſallus, qvi aliâ Lege ſubinfeudavit?

Diffi-

Difficultas eſt circa ſententias relatas in textu *2.F.34.* §. *profectò*, qvænam ex illis ſit ſeqvenda: ſcriptum verò ita eſt: *Unde qvibusdam placet, qvod qvi taliter* (id eſt contra leges feudi) *dedit, eo ipſo beneficium amittit. Gerardus & alii dicunt, qvod qvi dedit, & cui datum beneficium, perdit. Secundum alios verò tunc domino aperitur, cum maſculi defecerint.* Sentiunt qvidam non infimi Subſellii Dd. ultimam ſententiam approbari, qvod ſvaderet hæc ratio, nempe duo in Subfeudo conceſſo conſideranda eſſe, Subinfeudationem in ſe ſpectatam & deinde adjectum illicitum pactum: illam nihil vitii habere, hoc verò vitioſum eſſe. Dum igitur caſus improbati pacti non exiſtat, poſſideat Subvaſallus vigore Subinfeudationis intra licitos terminos conſiſtentis, nec antè privari poſſit, qvam evenerit caſus, ubi illicitè in alium feudum transfertur. Verum enim perſvaſum habeo cum *Illuſtriſſimo Schenck. ad d. 2. F.34.§. profectò pag. 459. Magnif. Dn Carpz. Diſp. F.7.th.31. & Barthol.Camerar.Repetit. ad 2.F.55 p.245.* in totum vitiari & perdi feudum, ubi alia lege facta eſt Subinfeudatio: in ultima verò ſententia citato loco poſita nihil firmitatis ponendum eſt, cum juxta *Dn. Svev. Exerc.feud.1. Aſſert.fin.p.8.* reprobata opinio plerumq; (imo Camerarius *cit. loco p.246.* habet, perpetuò) ultimo loco ponatur; cum autem hoc perpetuum non ſit, uti omnes concedunt, ideo præſtat illam ſententiam pro verâ amplecti, qvæ rationibus feudalibus potior ac propior eſt. Hæc B.Dn.Svev. Monitum hoc Svevianum ſeqvens, ita argumentor:

amittitur feudum ſi alia lege & conditione ſubinfeudatū fuerit qvam qvæ Vaſallo præſcripta erat.

Ubi ſubinfeudationis præſcripta forma non eſt obſervata, ibi totum perditur feudum & ad dominum devolvitur.

Sed dum alia lex Subfeudo poſita eſt, præſcripta forma non eſt obſervata: Ergo.

Majorem propoſitionem probarem ex illo canone: Forma dat eſſe Rei, qvâ non obſervatâ, informis erit ac nullus actus. Subſumptionem verò oſtendit phraſis *d. 2. F.34.§.profectò &c.* hæc bis poſita, *non debet aliâ lege dare.* Gravia ſunt, qvæ ad hunc §.*profectò*, Camerarius ſubtilis Interpres *p.245.* ſcribis: *Sic eſt qvod in feudis prohibetur, ne actus fiat: item & ſecundò annullatur, qvod factum eſt, & tertiò puniuntur facientes, qvod eſt*

plus;

plus; Ergo ſemper utile per inutile vitiabitur, qvem videſis. Nec diſtinxerim, an initio leges feudi in ſubfeudo fuerint ſervatæ, an verò poſteà de iisdem qvid remisſum, cum talismodi conventio fraudis expers non ſit, qvæ ſi impunita maneret, in poteſtate partium foret, eludere diſpoſitionem Juris, contra regulam hanc *d. R.J. in 6. Cum qvid prohibetur, prohibentur omnia qvæ ſeqvuntur ex illo. V. Andr. Kobl. d. tract. & l. c.2.n.43.*

Subfeudi finis

§. 13. Poſtulante ordine ad effectus Subbeneficii noſtri rectà progredior, ſi prius de fine ejus id monuerim, qvod is ex parte Subinfeudantis ſit, ut Subbeneficiarium ſibi fidelem & ad ſervitia obligatum habeat *arg. 2.F.23.* ibi. *qvomodo enim Vaſallus, & in fin. à parte verò Subinfeudati, ut re in Subfeudum conceſsâ utatur fruatur d.2.F.23.* Effectus autẽ ad tres claſſes revocari posſunt. Vel n. Dominum Superiorem, qvem Mediatum dicunt (*ut Schnob. D.F.8.th.27.*) ubi in ſimul de agnatis tractabitur: vel Dominum ſubalternum, qvi immediatus audit, vel ipſum Subvaſallum reſpiciunt.

Primus Effectus ſubinfeudationis.

Qvoad Superiorem: retinet ipſe directum ſuum Dominium ſeu proprietatem in ipſo etiam Subfeudo: nec immeritò, cum, uti abundè, qvod puto, probatum eſt ex *2.F.34.§. ſimiliter.* ſine Superioris conſenſu Subinfeudare liceat, iniqvum foret, absq; facto id eſt conſenſu ejus ſuum Jus eripere *l.11. D.de R.J.* nec fruſtra *2. F.55.§. inſuper,* bis hic mediatus major Dominus dicitur, qvo indicatur indubiè, proprietatem in Subfeudo minimè exſpirasſe. Sed rei planæ non immorandum diutius.

Cujus Domini conſenſus circa alienationem ſubfeudi adhibendus ſit, expeditur diſtinctione.

Qvæſtio hic incurrit Dd. autoritatibus famoſisſima; Num ſuperioris an ſubalterni, an utriusq; conſenſus expiſcandus ſit Subfideli, ſi gravi aliqva calamitate coactus, alienare cupiat? Iterum illud diverbium ſibi locum vindicat, Qvot Doctorum pilei, tot ſunt ferè opiniones. *Illuſtrisſ. Schenck. Camer. & Olmann mediati domini propter textum 2.F.55. in pr. verſu habito ergo conſilio &c. Molineus ad Conſvet. Pariſienſ. T.1.§ 1.Gloſsa 6.n.11. p.109. & Scheplitz. ad Promptuar. Juris Klammer. T.7.n.16,17.p.195 immediati* per eundem textum *2.F.55.§. inſuper verſ. illud qvoq; Sonsbec. de Feud. P.12.n.91 p.239. & Dn. Spevus piæ memoriæ D.F.9. th.6.* utriusq; *reqvirunt conſenſum,* Tutior illa ſententia qvæ

diſtin-

diſtingvit, & ita ferè divortia ſententiarum conjungit, cui, cum *Hartm. Piſt. lib. 2. qv. 45. à. n. 13. p. 859.* (qvem dum *Dn. Svevus d. l.* citat, indubiè eundem ſecutus eſt) *D. Jerem. Reuſn. D. F. 8. th. 47. p. 32. & Schrot. D. F. 8. th. 6. fol. 420-* & ego lubens accedo. Diſtingvitur verò inter Feuda, qvæ ipſi Vaſallo poſſidenda conceduntur, & deinde ab eodem alii infeudantur; & inter Feuda, qvæ feudo conceſſo ſubjecta à Subvaſallis poſſidentur, & aliis ſubinfeudari ſolent: Qvæ duo diſtinctionis membra & uſus recepit, & Jus Feudale exprimit: A membro poſteriori ut incipiam, dico, qvod e. g. Electoratus, Ducatus, Comitatus, Baronatus ſint ejusmodi Feuda, qvibus alia feuda ſubinfeudari ſolita ſubjecta ſunt, ad qvorum ſubfeudorum firmitatem ſolius e. g. Electoris, non Imperatoris, à qvo Ille ſuas Provincias tenet, reqvirendus eſt conſenſus, ſiqvidem Imperator directum qvoddam Dominium uti *Hartm. Piſt. d. l. n. 13. Dn. Reuſn. d. l.* loqvuntur, in Principem Electorem conceſſiſſe videtur, cujus virtute in ſuos Vaſallos omne Jus habet, qvod Superior habiturus fuiſſet; hinc natum illud: qvod Status Imperii tantum in ſuis ditionibus poſſint, qvantum Cæſar in toto Imperio: imo pergit *d. l. Piſtoris*, tantam Princeps in Vaſallos ſibi ſubjectos cenſetur habere, poteſtatem, ut, eo invito, negotiis ad Vaſallos ejus pertinentibus Superior immiſcere ſe non valeat: qvorſum citanda ſunt ſummi JCti *Molinæi in Conſvet. Pariſienſ. Gloſſ. 6. tit. 1. §. 1. n. 11. p. 109.* hæc verba: *Ex prædictis infero, qvod Superior Dominus nullum Jus, nullum commodum poteſt percipere ex Subfeudo vel ſubvaſallo, etiam ratione ejusdem rei, qvamdiu ſtat Jus feudi primi & immediati Vaſalli, ſed omnia ſpectant ad hunc primum Vaſallum: & ſic evacuantur omnes illæ ſinuoſæ & intricatæ qvæſtiones, an immediatus, an verò primus ſit adeundus pro autoramento alienationis & Laudemio: & utri eorum ſolvenda relevia, & cui cedat commiſſum Feudi, qvia hæc omnia pertinent ad immediatum dominum Feudi, vel vaſalli, ex cujus facto vel caſu accidunt.* hæc Ille. Qvod verò ex *l. f. C. de Jurisdict. omn. Judic.* adfertur, ſuperiorem nempe habere poteſtatem cum Inferiore concurrentem; aut in Feudis, potiſſimè Regalibus, non invenit locum, utpote qvæ, ac eorum Jura decempeda Juris

Primum membrum diſtinctionis.

privati metiri dedecebit; aut ſalvo Jure Superioritatis & recognitionis translata eſt illa Feudalis Jurisdictio: Licet enim, ait *Dn. Frantzk. lib. 1. Reſol. 18. n. 35. p. 387.* unà cum Feudo & de Jurisdictione privativè (qvidam) Vaſalli inveſtiti fuerint, hoc tamen certo reſpectu in ordine ad primam inſtantiam verum eſt: Nunqvam enim ſummus Princeps in conceſsione Feudorum tàm largus cenſetur, ut omnem à ſe Jurisdictionem abdicet: Qvin potius, licet nihil nominatim exceptum, imo conceſsiu qvoq; cum translatione omnis Imperii & poteſtatis facta ſit, ſemper Superioritas ſarta tecta remanet, adeo, ut etſi Princeps aliqvid concedat Inferiori de Reſervatis, intelligitur tamen hoc facere non cum plenitudine concedentis, ſed eo modo, qvo is exercere poteſt: ac ego ex *Dn. Reuſnero hoc §. ſcripſi,* qvod directum qvoddam dominium conceſsiſſe Imperator videatur, qvâ largitate certè nihil imminuta eſt Cæſaris nulli in his terris ſecunda Majeſtas, cum accipientes Principes (ſunt verba *CL. Struv. Exerc. F. 6. th. 13.*) licet reſpectu ſuarum provinciarum ac territoriorum analogam Majeſtatem habeant, reſpectu tamen ipſius Imperii Imperatori ſubjecti ſunt.

in ſecundo membro Subdiſtingvitur Subdiſtinctionis primus articulus.

§. 14. Viſo per ὕστερον πρότερον ſecundo diſtinctionis membro, ſuccedaneum jam eſt primum; in qvo agitur de alienatione Feudorum, qvæ Vaſallus poſſedit qvidem, ſed aliis poſtea infeudavit: Ubi cum Nobiliſsimo gente & mente *Hartm. Piſtor. lib. 2. qv. 45. à fin. n. 15.* plurimum referre puto, utrum de alienatione, qvæ ultra vitam ſubinfeudantis, an de eâ, qvæ ad vitam hujus durare debet, tractetur? In illâ alienatione, ne unà cum Subinveſtiore moriatur, exigitur rectè conſenſus domini, ne, feudo ſibi aperto, casſa fiat alienatio: eſt enim *1. F. 13. §. etſi clientulus & 2. F. 8. §. è contrario,* in genere cautum, qvod Vaſallus nihil de feudo ſtatuere poſſit, qvò, ſe mortuo, ipſum dominum obliget, usq; adeo, ut id, qvod per longa tempora perſeveravit, domino minimè noceat *d. 2. F. 8. §. qvid ergò*: Jam verò & nocivum & iniqvum erit, ut Senior Feudi ejus, de qvo Vaſallus ſubinfeudavit, invitus cogatur poſſeſſorem agnoſcere, cum illud apertum in ſuos uſus convertere poſſet per rotundum textum *2. f. 54. in fin.*

Jus

Jus enim ſuum ne qvidem Imperator citra ſonticas cauſas, refuſo tamen pretio *l.13.§.1.D.Comm.præd.* invito auferre valet, de qvo plena eſt Juris Prudentia noſtra, inſtar omnium cito §.2. *Inſt. de his qvi ſui vel alien.Jur.ibi, dominorum qvidem poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiqvam hominum Jus ſuum detrahi: & 2.F.12. ibi, ne forte invitus dominus alium, qvam qvem voluerit, ſibi acqvirat vaſallum:* hinc *Vivianus ad l.3.C.de reſcind. vend.* ſcripſit: *Codex meus non eſt Principis, ſed mihi datur rei vindicatio directa, non Principi*: Nec Grotius illud dominium eminens aliter qvam publicâ utilitate metitur ut *lib.1.c.3.de J.B.P. §.6.p.52.* ubi id ita definit: *Qvod civitas habet in Cives & res civium ad uſum publicum*: Imò Grotio verè Viro ſui nominis *nullâ cauſâ præcedente probabili dominium alicui ſuum aufferre mera injuria eſt 2.de JB.P.c.7.n.1.* Qvod porrò alienationem vitâ Subinfeudantis terminandam ſpectat, intrepidè ſtatuo, ad ejus robur ſolius Domini immediato ſufficere conſenſum; rectè ex *2.F.55 §.Inſuper & arg.l.105.D.de V.S.* formatus eſt hic canon: *Vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus*, ſiqvidem Subvaſallus cum Vaſallo Domino ſuo immediate contraxit, & ei exinde qvoad Jura feudalia obligatus eſt, qvem ut Dominum recognoſcere eiq; ſervitia præſtare tenetur: ac ex 2.F.*55.pr.* duo argumenta capitalia deſumi poterunt; Ibi enim Fridericus Imperator non tantum de Vaſallis Principibus, ſed & de aliis Fidelibus Regni loqvitur, ac Lege ſtatuit, qvod abſq; horum omnium Vaſallorum conſenſu Feuda alienanda non ſint: eo ipſo utiq; teſtatum facit, ut vires habeat alienatio, Inferioris, non Superioris (cujus non meminit) reqvirendum eſſe conſenſum: Deinde ex *eod. tit. §.f. verſ. illud qvoq; præcipimus &c.* id urgeo maximè, qvod licet Felonia Subvaſalli in Dominum Vaſalli admiſſa ſit, propter qvam commiſſum eſt Feudum, hoc tamen non ad Superiorem, ſed Inferiorem Dominum à qvo Inveſtitus ille erat, revertatur: Cum itaq; *Magnus Hartm.Piſtoris lib.2.qv.45.n.18.p.861.* ſcribit, *hoc in delictis in perſonam Domini perpetratis locum habeat, ut propterea Dominus Superior Feudum ſibi vindicare non poſſit, utiq; multò magis procedet in alienatione ſine conſenſu Superioris ſuſcepta, ut videlicet*

Verus Intellectus Dominii eminentis Grotiani.

Secundus articulus.

licet

lium prohibuit diviſionem, hic ſubesſe videtur ratio: *ac in Chryſo-Bulla tit 20.* ita diſpoſitum eſt: *cum univerſi & ſinguli Principatus, qvorum virtute ſeculares Principes Electores, Jus & vocem in Electione Regis Romanorum in Cæſarem promovendi obtinere noſcuntur, cum Jure hujusmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis eis, & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eisdem, adeo conjuncti, & inſeparabiliter ſint uniti, qvod Jus, Vox, officium & dignitas, aliaq; Jura ad qvemlibet eorum Principatuum* eorundem ſpectantia, cadere non posſint in alium præter illum qvi principatum ipſum *cum terra, vaſallagiis, feudis & dominiis ac eis pertinentiis univerſis dignoſcitur posſidere &c.* En Dignitas Electoralis indisſolubili nexu ElectoralibusProvinciis adhæret *v. Dn. Carpz. poſt D. feud. 8. qvæſt. 1. ex A. B. imo Kohl. de Subfeud. c. 1. n. 9. p. 8.* de omnibus Feudis Regalibus bonisq; ſub iis comprehenſis docet, qvod contemplatione dignitatis, ejusq; tuendæ gratia concedantur *V. CL. Struv. exerc. feud. 12. th. 10.*

Falſa Feudi Eccleſiaſtici deſcriptio Corvini.

§. 8. De Eccleſiaſtico Feudo qvæſtionis eſt, an ſubinfeudari posſit? de qva anteqvam meam exponam ſententiam, monere volo, qvod malè Eccleſiaſticum *à Corvino in Aphoris. ad Jus Feudale lib. 1. tit. 3. p. 15.* dicatur, esſe, qvod à perſona Eccleſiaſticâ concedatur, licet enim permisſu Canonum *c. 6. X. de foro compet.* & moribus, qvibus Jus Feudale ſuffragatur *2. F. 40. inf.* eô perventum ſit, ut Clerici ab initio feuda accipere, & hæc aliis dare posſint; erroneum tamen eſt, à Clerico Eccleſiaſticum nominari beneficium, ſed potiùs, qvod in re Eccleſiæ conſiſtit *v. 2. F. 35 in pr. & cap. 5. X. de Judiciis*, certumq; eſt ex Hiſtoriis, Imperatores ut tales contuliſſe ArchiEpiſcopatus &c. in Feuda, *vid CL. Strúv. D. F. 3. th. 7.* De hoc Feudo *Baldus in 2. F. 40.* opinatus eſt, id ob Eccleſiæ favorem absq; Prælati conſenſione non licere Subinfeudare. Sed contrà facit qvod nullus textus qvoad Subinfeudationem inter ſeculare & Eccleſiaſticum feudum diſtingvat: imò cum *1. F. 6. pr.* res Eccleſiæ ſolitas infeudari reinfeudare liceat, ad facultatem ſubinfeudandi, qvæ principali feudi concesſioni ineſt, argumentari bona conſeqven-

Ejusdem vera.

Idem Subinfeudabile eſt.

ſeqventia erit *V. Kohl. d. l. cap.3. n.10. p.58. CL. Struv. Exerc. Feud. 12. Th.1. in fin.* Decimas verò ſub titulo Subfeudi nec poſſe nec debere concedi poſt Concilium Lateranenſe, una Dd. ſententia eſt: ſunt verò illæ tributa DEi & animarum egentium qvæ DEo, Epiſcopo, Clericis & pauperibus ex omnibus bonis licitè qvæſitis, ſingulis annis præſtandæ ſunt *C. cum non ſit 33. & C. Tua 26. X. de Decim. v. Joachim. Steph. in Inſt. Jur. Canon. l.2. c. 6. n. 4. p. 152.* Prohibitam verè decimarum ſubinfeudationem ex *cap.17. & 19. X. de Decim.* probatum damus, ubi, *d. c. 19.* ex Concilio Lateranenſi verba hæc tracta ſunt; *Prohibemus, ne Laici decimam cum animarum ſuarum periculo detinentes in alios laicos* (imo nec in Clericos ſine Epiſcopi Diœceſani conſenſu *cap. f. d. tit. & c.7. X. de his qvæ fiunt à Prælato.*) *poſſint aliqvo modo transferre.* Nec obſcurè in *d. c. 7. in fin.* admittitur diſtinctio, an decimale feudum ante, an verò poſt dictum Concilium conſtitutum ſit: pro qvâ, ex eodem Jure Canonico, clarior eſt textus *cap. 2. §. ſanè de decim. in 6.* ut ita Papæ non crediderint, ſubesſe animæ periculum, ſi Decimæ poſt Concilium illud Jure feudi posſideantur, utut idem metuat *Caniſius in prælectionibus in tit. X. de Decim cap.3. n.8. p. 84.* ubi ait: *Laici Decimas ante Concilium Lateranenſe in feudum receptas licitè qvidem posſident, ſed non ſine periculo animæ, utpote ceſſante Eccleſiæ neceſſitate, ob qvam eas in feudum acceperunt.* Plura qvi hîc ſcire deſiderat, eum remitto ad *Dn. Carpz. Juris Prudent. Conſiſtor. l.1. T.8. defin.125. à n.10. CL. Struv. Exerc. feud.6. th.4. Giphan. de Jure feud. c.7. n.11. p.42. & in ſpecie de ſubinfeudatis decimis Kohl. d.l. c.3. n.12. p.61. & Dn. D. Reuſn. Diſp. feud.8. §. 42. p.29.* ubi de Germaniæ conſvetudine ex Zaſio refert, qvod prohibita Decimarum Subinfeudatio malè ſervetur.

Qvoad decimas diſtingvitur.

§. 9. Ut verò Subinfeudatio ſubſiſtat, tribus hiſce eandem inniti oportet; ſcil. ſinceritati *2. F.3. §. ſed etiam 2. F. 9. pr.* Capacitati ſubvaſalli *2. F.26. §. beneficium à Vaſallo*: & Paritati pactorum, qvæ vaſallum ſubinfeudantem ligant *2. F.34. §. ſimiliter*: Qvæ ut ſigillatim exponantur, merentur jure ſuo. Sinceritatem rurſus iterumq; ad tria capita revoco; primum ſit, ut

Reqviſita Subinfeudationis.

Ut 1. ſinceritas qvæ trimembris eſt.

 illud

illud ipſum, qvod agitur reverà fiat id eſt Feudum nudè ſubinfeudetur, nec ſubinfeudationis prætextu, venditio, aut alia de Jure Feudi interdicta alienatio, celebretur *2. F. 55. §. callidis inſuper machinationibus &c.* ubi figmenta ſub ſchemate Subfeudi prohibentur & iisdem utentes puniuntur. Qvæſtionis eſt, an claſſi doloſæ Subinfeudationis accenſendum, ſi pretium interveniat? id qvod *Illuſtriſſimus Schenck. Baro add. §. Callidis. p. 387.* *aſſeverat, ita commentando: Expreſſè 2. F. 55. §. callidis, ſtatuitur, pretio accepto, ſub colore Inveſtituræ feudum transferri non poſſe: imo tale figmentum in fraudem Legis commiſſum, etiam Feudi diſpendio fuerit expiandum. Toto igitur cœlo erravit hic Gloſſa, qvæ innuit pretium, neſcio qvod dimidiatum totius Feudi, nihilq; amplius ſubinfeudantem recipere poſſe. Nam ut patet ex præmiſſis, ſine ullo pretio liberè gratisq; præfata feudi inveſtitura, qvam ſubinfeudationem vocant, concedi debet: Qvorum vel illa ſit ratio, ne obſeqviorum feudalium & ſervitiorum onera per ſe ſatis gravia, pecuniæ erogatione, preciiq; ſumptibus reddantur graviores, ſicq; dominorum & Imperii utilitas minuatur: Hæc Ille;* cujus ſententiam in hunc Syllogismum conjicio.

Interventu pecuniæ Subfeudum non vitiat Objectio.

Qvòd textu feudali ob ſonticam rationem expreſſè eſt prohibitum, in eo defendendo tanqvam non prohibito, graviter erratur.

Atqvi τὸ ſubinfeudare accepto pretio 2. F. 55. §. callidis. ob ſonticam rationem expreſſè eſt prohibitum.

Ergo in defendendo τῷ ſubinfeudare, precio accepto, graviter erratur.

Removetur.

Reſp. telum hoc partem aliqvam §. 1. eſſe retuſum: Summa verò Diſputationis Illuſtriſſimi Baronis eſt, Subfeudum ſine ullo pecuniæ autoramento fieri oportere. Verum enim ex *1. F. 1. §. fin. & 1. F. 16.* clarum eſt, ſubfeuda, pretii interventu, rectè conſtitui, modò id ſincerè id eſt ſine ullius doli mixtura fiat; qvod §. 1. puto evictum. Jam *d. §. callidis* non eſt ſinceriter tractatum, qvod verba hæc oſtendunt, *qvaſi ſub colore Inveſtituræ: item figmentum:* proinde ſalvus erit hic textus, ſi diſtingvas, inter ſinceram ſubinfeudationem acceſſu precii, & inter callidis machinationibus & figmentis coloratam pecuniâ intercedente: hanc enim textus

obje-

objectus, non verò illam exoſam habet. Et vanus Baronis metus eſt, magis oneratum iri obſeqviis aliàs onuſtum ſubvaſallum, ſi numus pendendus ſit: Qvid ſi ſpontè pecuniam offerat, ut in numero ſubclientum haberi qveat? ac ita pecunia non ut pretium ſed ut honorarium æſtimetur: Qvid ſi illud precium reditu unius anni penſetur ex feudali agro? & qvid publicum bonum imminueretur, ſi ditior redditus vaſallus ad ſuſtinenda ſua ſervitia magis idoneus fiat. *V. Dn. D. Reuſn. D.F.8. th.36.p.24 CL. Struv. Exerc. F.12. th.XI. Dn. D. Svev. D. F.9. th.7.* Alterum (utut hoc ipſum à ſecundo reqviſito, de qvo §.10. vix diſtet) circa ſinceritatem obſervandum eſt, qvod Domino Jus ſuum integrum illibatumq; per ſubinfeudationem manere debeat, utpote cum Vaſallus meliorem qvidem conditionem facere poſſit, non verò deteriorem ſine Domini voluntate *2.F.8. §. qvid ergo ſi &c. & §. econtrario*: Prohibitam tamen aut fraudulosam illam non dixerim ſubinfeudationem, ſi vaſallus ſenio confectus, aut alia de cauſa prolem ſibi naſcituram deſperans alium inveſtiat, cum, qvod infrà occurret, ſtare inveſtitioni Dominus non cogatur, ſi mortuo ſubinveſtitore ipſi apertum fuerit feudum, utpote qvi in ſuos uſus redigendi adapertum beneficium licentiam habet *2.F.54. in fin. V. Dn. D. Reuſn. d.l. th.37. p.25.* Et tertium in eo eſt hæc fidei puritas, ne in fraudem agnatorum Vaſallus ſubinfeudet *d.2.F.8.§. è contrariò.* *etiam ſenio confectus recte ſubinfeudat.*

§. 10. Sinceritatem hanc ſeqvitur ſubvaſalli habilitas, id eſt ut utar verbis *CL. Struv. Exerc. F.12. th. 11.* cum meliora non ſuppetant: *Ne in Domini damnum vergat hæc Vaſalli diſpoſitio de Feudo.; Cum enim Capitanei & Valvaſores majores hoc eſt vaſalli primi qvantò ampliora habent Feuda, tantò cum majore apparatu exhibere teneantur ſervitia; & verò hæc ope Valvaſinorum ſeu ſubvaſallorum præſtent: æq; idonei hi, ac ipſi Vaſalli, debent eſſe ad ſerviendum: namq; ſi minus idonei fuerint, ad Dominum inde redundaret incommodum. Hæc Struv:* Reqviritur nempe in vaſallo & ſubvaſallo nulla alia æqvalitas qvam ſervitiorum præſtandorum, ut ita neceſſe non ſit, ſubvaſallum paris dignitatis, vel autoritatis cum Vaſallo eſſe, id qvod probatum do per clarum *2 habilitas ſubvaſalli.*

textum 2. *F.26.* §. *beneficium, ibi, dum tamen militi detur:* Qvaſi dicat JCtus: Citra controverſiam feudum qvod Titius ad ſerviendum, ſine exceptione idoneus, habet, Cajo dare poteſt, ſed qvi par Titio ſervitiis ſit: & clarior locus eſt *2.F.34.* §. *ſimiliter* ibi, *ſi ſecunda perſona ſit talis qvæ feudo ſervire poſſit, ut ſi dans miles eſt, & ille qvi accepit feudum, inveniatur miles, ad hoc, ut feudum, ſi contigerit, domino ſimiliter ſervire, ut & prior poſſit:* ex qvo textu illa unica evidenter ſervitiorum paritas oſtenditur, ſiqvidē miles (ob ſervitia enim bellica primùm introducta ſunt feuda) in militem rectè ſubfeudum confert, qvi Domino nec ſecus, nec ſegniùs ac ille ſervire qveat. De qvo in Schola Dd. unanimis conſenſus eſt: *V. Schenck. Baro l.3. T.12. p.458. Obrecht. de Jure feud. l.3. c.10. n.16. Dn. Reuſn. d. D.8. th.38. p.25. CL. Struv. d. Exerc. feud. 12. §. XI. Schnob. D.F.8. th.25.* An major & potentior vaſallo ſubinfeudatione decorari poſſit, lis dura vertitur inter Dd. *Additionator ad Setſeri Arborem Feudalem Diſp. 8. th.3. Addit. 1. p.413.* ait: *Ne unicâ ſyllabâ mentio fit MAJORIS qvalitatis, ſed tam altum eſt ſilentium de majore, qvam de MINORE, vel inferiore perſonâ: Imo ſæpius non integrum eſſet Domino, Majoris autoritatis, nobilitatis vel generis potentioris accipere vaſallum, qvem in officio retinere non poſſet, aut cujus officia & ſervitia exhiberi ſibi ſi peteret, qvi duplicata vel triplicata afferret, ut ſi comitari deberet Dominum eqvis octo, ille vero offerret octingentos, ubi certè æq; videmus domini intereſſe, ne potentiorem vel majorem habeat vaſallum, ac ipſius intereſt ſi habeat minorem. Hæc Setſerianus Gloſſator:* qvi non omnem majorem ac potentiorem excludit, ſed talem tantum, qvem intra limites Jurisdictionis Feudalis redigere gravis res foret. *Andreas Kohl. verò d. tract. de Subfeud. cap.2. n.13. p.20.* nullo modo potentiorem admittit, tùm ob præjudicium ac damnum qvod ſenſurus eſſet Dominus in difficillimâ ſervitiorum exactione, &c, ſi fortè ipſi apertum eſſet ſubfeudum, in deſperata ferè ejusdem recuperatione: tùm qvod potens conveniendi facilitate videatur inidoneus *arg. l. 2. D. qvi ſatisd. cog.* tùm deniq; qvod fraus ita præſumatur. Ego verò exercitii causâ Potentioribus patrocinabor: Video autem in textibus indiſtin-

Potentiorē in numerū Subvaſallorum ad-

ſtinctè licere ſubinfeudare qvemvis, modo miles ſit, & qvidem abſq; domini conſenſu *d. 2.F.34.§.ſimiliter*; jam vix ſibi relictus erit Vaſallus, ſi ad nutum Domini, qverulantis forte Vaſallum potentem eſſe, parere neceſſe haberet: & poterunt cancelli ab initio, dum res adhuc integra eſt, poni potenti ſubinfeudando ratione obedientiæ, juxtimq; ratione reſtitutionis Subfeudi, in caſum aperturæ: nec novum eſt, ut Potentiores ſalvâ ſua Majeſtate & Autoritate, ſubmittant ſe aliis, imo in ſuis ipſis judiciis ſibi ut aliis Jus dici patiantur libenter, qvod facilè probari poterat, ſi per celſitudines rerum ire liceret: Argumentum autem de præſumpta fraude, leve puto, ſiqvidem, ſi ſubinfeudator defraudare præſumeret Dominum, vix eſſet ut fraudis ſubvaſallus conſcius non fuerit, qvod de Magnatum divinis animis nunqvam præſumendum eſt: hinc, qvod credo, gratulari de Potentiori Subvaſallo ſibi deberet Dominus, qvi prout caſus ſineret, juſtò majora ſervitia offerret.

ſcisci poſſe defenditur.

§. 11. Succedit nunc tertium reqviſitum, qvo itidem Domino cavetur, ne ſubfeudi conceſſione, damnũ aliqvod incurrat; & cum ut plurimum Feuda ipſa certis qvalitatibus, pactionibꝰ ac conditionibus muniantur, eædem in Subfeudo ut obſerventur oportet. Hoc eſt qvod *2.F.34.§.2.* dicitur, *Ille, qvi ſuum beneficium alii dat in feudum, non debet aliâ lege dare, niſi qva ipſe habeat*, & *2.F.58.§.2. Eadem lege & eodē Jure debet habere rem iſte, qvi inveſtitꝰ eſt, qvàm haberet, qvi eum inveſtivit*: Hujus ratio ab ipſa Subfeudi naturâ peti poteſt; nempe cum vaſallꝰ, autor Subinfeudationis, dimidiũ tantum rei habeat dominium, pro lubitu ſuo has illasve conditiones adjicere neqvibit *d.2.F.34.§.profectò*: at ſi id feudatario permitteretur, facilè Subfeudo illas qvalitates ſuperinducere t, qvæ vix ab alienatione diſtarent, contra §. *callidis 2.F.55.* utar ad illuſtrandã rem uno atq; altero exemplo, cum, ajente Senecâ, longum iter ſit per præcepta, breve verò & efficax per exempla. *d.2.F.34.§.2.* dicitur: *Si fidelis habeat ſibi, ſuisq; heredibus (qvod intelligi debet de ſolis maſculis) non debet alii dare, ut habeat ipſe, & ſui heredes maſculi & fœminæ*: cum hæ ordinariè à feudi ſucceſſione (ergo & Subfeudi participatione) repellantur *1.F.1.§.3.* ubi

3. pactorũ &c. paritas

Affertur ejus ratio.

fœmina de feudo maſculino ſub infeudari neqvit.

ubi hæc communis lectio eſt: *Hoc autem notandum eſt, qvod licet filiæ, ut maſculi, patribus ſuccedant: Legibus tamen à ſucceſſione feudi removentur*: nec enim probo, qvod Cujac. pro patribus legit paribus: & *Rittershuſ. Part. Feud. l. 1. c. 14. §. 1.* ita diſtingvit: *Licet filiæ ut maſculi patribus ſuccedant Legibus: id eſt Jure civili*: Siqvidem cum Hottomanno per Leges e. gr. Lotharii & Conradi Conſtitutiones intelligi poſſunt, per textum *2. F. 34.* In rationes verò hujus fœminarum repulſæ Dd. diligenter inqvirunt, *V. Rittersbuſ. d. l. p. 175. & 176.* Qvarum illa mihi arridet inſigniter, qvod fœminæ ad defendendum dominum in prælio ineptæ ſint; eſt enim origo Feudorum ex militiâ, & munus ei annexum utplurimum militare, qvale ſexui muliebri minimè convenit; ac licet antiqva & noſtra ſecula armis adſvetas dederint fœminas: veniatq; *Hieronymo Garzonio tract. de fœminis ad Feud. recip. vel non*; appellatione maſculi fœmina virago: ad illas tamen concedentem reſpexiſſe probabile non eſt, & riſu Garzonius dimittendus eſt. Sed qvomodo *Menochii in Conſilio 148. n. 43. verſ. Qvartus eſt caſus* (citante eum *Koblio d. tract. de Subſ. c. 2. n. 18. p. 23*) cuneus trudi poterit, qvod, etiamſi fœmina Subfeudataria fiat, nihil damni ſenſurus ſit directus dominus, cum huic fœmina nulla deberet ſervitia: Verum cum Vaſallus hic, dum ſervitiis præſtandis mulier inidonea eſt, & his & reditibus Subfeudi cariturus ſit, ſubverendum, ne ille par præſtationi munium vix eſſe poſſit: Imò nec Dominus à fœmina conſecuturus eſſet ſervitia, ſi inopia aut alia calamitate preſſus Subinfeudator ſervire non valeret: Alterum Doctorum eſt exemplum, qvod Eccleſiæ ac Univerſitatibus Subfeudum non rectè concedatur: periiſſet enim Domino ſpes omnis ad ſe unqvam reverſurum feudum, cum, qvod *de Rep. Tacitus ait, Eccleſia ac Univerſitas ſit immortalis, ſeu uti eſt 1. F. 13. Eccleſia non deſinit eſſe heres V. Additionator ad Schroter. Exerc. F. 8th 3. pag. 413.* de qvo exemplo addubito, cum per mortem primi vaſalli Subinfeudatio exſpiret & ita Univerſitatis immortalitas attendenda non erit.

Cujus prohibitionis ratio datur.

Licet fœmina arma tractare ſciat

Reſpondetur Menochio.

nec Univerſitates ſubfeudi capaces eſſe traditur à Dd.

§. 12. Priusqvam à Reqviſitis feudi abeam, qvæſtionis eſt num exuendus feudo Vaſallus, qvi aliâ Lege ſubinfeudavit?

Diffi-

Difficultas eſt circa ſententias relatas in textu *2.F.34.* §. *profectò*, qvænam ex illis ſit ſeqvenda: ſcriptumverò ita eſt: *Unde qvibusdam placet, qvod qvi taliter* (id eſt contra leges feudi) *dedit, eo ipſo beneficium amittit. Gerardus & alii dicunt, qvod qvi dedit, & cui datum beneficium, perdit. Secundum alios verò tunc domino aperitur, cum maſculi defecerint.* Sentiunt qvidam non infimi Subſellii Dd. ultimam ſententiam approbari, qvod ſvaderet hæc ratio, nempe duo in Subfeudo concesſo conſideranda esſe, Subinfeudationem in ſe ſpectatam & deinde adjectum illicitum pactum: illam nihil vitii habere, hoc verò vitioſum esſe. Dum igitur caſus improbati pacti non exiſtat, posſideat Subvaſallus vigore Subinfeudationis intra licitos terminos conſiſtentis, nec antè privari posſit, qvam evenerit caſus, ubi illicitè in alium feudum transfertur. Verum enim perſvaſum habeo cum *Illuſtriſſimo Schenck. ad d. 2. F.34.§. profectò pag. 459. Magnif. Dn Carpz. Diſp. F.7.th.31. & Barthol.Camerar.Repetit. ad 2.F.55 p. 245.* in totum vitiari & perdi feudum, ubi alia lege facta eſt Subinfeudatio: in ultima verò ſententia citato loco poſita nihil firmitatis ponendum eſt, cum juxta *Dn. Svev. Exerc. feud. 1. Asſert. fin. p. 8.* reprobata opinio plerumq; (imo Camerarius *cit. loco p. 246.* habet, perpetuò) ultimo loco ponatur; cum autem hoc perpetuum non ſit, uti omnes concedunt, ideo præſtat illam ſententiam pro verâ amplecti, qvæ rationibus feudalibus potior ac propior eſt. Hæc B. Dn. Svev. Monitum hoc Svevianum ſeqvens, ita argumentor:

amittitur feudum ſi alia lege & conditione ſubinfeudatū fuerit qvam qvæ Vaſallo præſcripta erat.

Ubi ſubinfeudationis præſcripta forma non eſt obſervata, ibi totum perditur feudum & ad dominum devolvitur.

Sed dum alia lex Subfeudo poſita eſt, præſcripta forma non eſt obſervata: Ergo.

Majorem propoſitionem probarem ex illo canone: Forma dat esſe Rei, qvâ non obſervatâ, informis erit ac nullus actus. Subſumptionem verò oſtendit phraſis *d. 2. F.34.§. profectò &c.* hæc bis poſita, *non debet aliâ lege dare.* Gravia ſunt, qvæ ad hunc §. *profectò*, Camerarius ſubtilis Interpres *p. 245.* ſcribis: *Sic eſt qvod in feudis prohibetur, ne actus fiat: item & ſecundò annullatur, qvod factum eſt, & tertiò puniuntur facientes, qvod eſt*

plus ;

plus; Ergo ſemper utile per inutile vitiabitur, qvem videſis. Nec diſtinxerim, an initio leges feudi in ſubfeudo fuerint ſervatæ, an verò poſteà de iisdem qvid remisſum, cum talismodi conventio fraudis expers non ſit, qvæ ſi impunita maneret, in poteſtate partium foret, eludere diſpoſitionem Juris, contra regulam hanc *d. R. J. in 6. Cum qvid prohibetur, prohibentur omnia qvæ ſeqvuntur ex illo. V. Andr. Kohl. d. tract. & l. c. 2. n. 43.*

Subfeudi finis

§. 13. Poſtulante ordine ad effectus Subbeneficii noſtri rectà progredior, ſi prius de fine ejus id monuerim, qvod is ex parte Subinfeudantis ſit, ut Subbeneficiarium ſibi fidelem & ad ſervitia obligatum habeat *arg. 2. F. 23.* ibi. *qvomodo enim Vaſallus, & in fin. à parte verò Subinfeudati, ut re in Subfeudum conceſſâ utatur fruatur d. 2. F. 23.* Effectus autẽ ad tres claſſes revocari posſunt. Vel n. Dominum Superiorem, qvem Mediatum dicunt (*ut Schnob. D. F. 8. th. 27.*) ubi in ſimul de agnatis tractabitur: vel Dominum ſubalternum, qvi immediatus audit, vel ipſum Subvaſallum reſpiciunt.

Primus Effectus ſubinfeudationis.

Qvoad Superiorem: retinet ipſe directum ſuum Dominium ſeu proprietatem in ipſo etiam Subfeudo: nec immeritò, cum, uti abundè, qvod puto, probatum eſt ex *2. F. 34. §. ſimiliter.* ſine Superioris conſenſu Subinfeudare liceat, iniqvum foret, absq; facto id eſt conſenſu ejus ſuum Jus eripere *l. 11. D. de R. J.* nec fruſtra *2. F. 55. §. inſuper,* bis hic mediatus major Dominus dicitur, qvo indicatur indubiè, proprietatem in Subfeudo minimè exſpirasſe. Sed rei planæ non immorandum diutius.

Cujus Domini conſenſus circa alienationem ſubfeudi adhibendus ſit, expeditur diſtinctione.

Qvæſtio hîc incurrit Dd. autoritatibus famoſisſima; Num ſuperioris an ſubalterni, an utriusq; conſenſus expiſcandus ſit Subfideli, ſi gravi aliqva calamitate coactus, alienare cupiat? Iterum illud diverbium ſibi locum vindicat, Qvot Doctorum pilei, tot ſunt ferè opiniones. *Illuſtriſſ. Schenck. Camer. & Olimann mediati domini propter textum 2. F. 55. in pr. verſu habito ergo conſilio &c. Molineus ad Conſvet. Pariſienſ. T. 1. § 1. Gloſſa 6. n. 11. p. 109. & Scheplitz. ad Promptuar. Juris Klammer. T. 7. n. 16, 17. p. 195 immediati* per eundem textum *2. F. 55. §. inſuper verſ. illud qvoq; Sonsbec. de Feud. P. 12. n. 91 p. 239. & Dn. Svevus piæ memoriæ D. F. 9. th. 6.* utriusq; *reqvirunt conſenſum,* Tutior illa ſententia qvæ diſtin-

diſtingvit, & ita ferè divortia ſententiarum conjungit, cui, cum *Hartm. Piſt. lib. 2. qv. 45. à. n. 13. p. 859.* (qvem dum *Dn. Svevus d. l.* citat, indubiè eundem ſecutus eſt) *D. Jerem. Reuſn. D. F. 8. th. 47. p. 32. & Schrot. D. F. 8. th. 6. fol. 420-* & ego lubens accedo. Diſtingvitur verò inter Feuda, qvæ ipſi Vaſallo poſſidenda conceduntur, & deinde ab eodem alii infeudantur; & inter Feuda, qvæ feudo conceſſo ſubjecta à Subvaſallis poſſidentur, & aliis ſubinfeudari ſolent: Qvæ duo diſtinctionis membra & uſus recepit, & Jus Feudale exprimit: A membro poſteriori ut incipiam, dico, qvod e. g. Electoratus, Ducatus, Comitatus, Baronatus ſint ejusmodi Feuda, qvibus alia feuda ſubinfeudari ſolita ſubjecta ſunt, ad qvorum ſubfeudorum firmitatem ſolius e. g. Electoris, non Imperatoris, à qvo Ille ſuas Provincias tenet, reqvirendus eſt conſenſus, ſiqvidem Imperator directum qvoddam Dominium uti *Hartm. Piſt. d. l. n. 13. Dn. Reuſn. d. l.* loqvuntur, in Principem Electorem conceſſiſſe videtur, cujus virtute in ſuos Vaſallos omne Jus habet, qvod Superior habiturus fuiſſet; hinc natum illud: qvod Status Imperii tantum in ſuis ditionibus poſſint, qvantum Cæſar in toto Imperio: imo pergit *d. l. Piſtoris*, tantam Princeps in Vaſallos ſibi ſubjectos cenſetur habere, poteſtatem, ut, eo invito, negotiis ad Vaſallos ejus pertinentibus Superior immiſcere ſe non valeat: qvorſum citanda ſunt ſummi JCti *Molinæi in Conſvet. Pariſienſ. Gloſſ. 6. tit. 1. §. 1. n. 11. p. 109.* hæc verba: *Ex prædictis infero, qvod Superior Dominus nullum Jus, nullum commodum poteſt percipere ex Subfeudo vel ſubvaſallo, etiam ratione ejusdem rei, qvamdiu ſtat Jus feudi primi & immediati Vaſalli, ſed omnia ſpectant ad hunc primum Vaſallum: & ſic evacuantur omnes illæ ſinuoſæ & intricatæ qvæſtiones, an immediatus, an verò primus ſit adeundus pro autoramento alienationis & Laudemio: & utri eorum ſolvenda relevia, & cui cedat commiſſum Feudi, qvia hæc omnia pertinent ad immediatum dominum Feudi, vel vaſalli, ex cujus facto vel caſu accidunt.* hæc Ille. Qvod verò ex *l. f. C. de Jurisdict. omn. Judic.* adfertur, ſuperiorem nempe habere poteſtatem cum Inferiore concurrentem; aut in Feudis, potiſſimè Regalibus, non invenit locum, utpote qvæ, ac eorum Jura decempeda Juris

Primum membrum diſtinctionis.

Jus enim ſuum ne qvidem Imperator citra ſonticas cauſas, refuſo tamen pretio *l.13.§.1.D. Comm.præd.* invito auferre valet, de qvo plena eſt Juris Prudentia noſtra, inſtar omnium cito §.2. *Inſt. de his qvi ſui vel alien.Jur.ibi, dominorum qvidem poteſtatem in ſervos ſuos illibatam eſſe oportet, nec cuiqvam hominum Jus ſuum detrahi: & 2.F.12. ibi, ne forte invitus dominus alium, qvam qvem voluerit, ſibi acqvirat vaſallum:* hinc *Vivianus ad l.3.C. de reſcind. vend.* ſcripſit: *Codex meus non eſt Principis, ſed mihi datur rei vindicatio directa, non Principi:* Nec Grotius illud dominium eminens aliter qvam publicâ utilitate metitur ut *lib.1.c.3. de J.B.P. §.6.p.52.* ubi id ita definit: *Qvod civitas habet in Cives & res civium ad uſum publicum:* Imò Grotio verè Viro ſui nominis *nullâ causâ præcedente probabili dominium alicui ſuum aufferre mera injuria eſt 2. de JB.P. c.7.n.1.* Qvod porrò alienationem vitâ Subinfeudantis terminandam ſpectat, intrepidè ſtatuo, ad ejus robur ſolius Domini immediato ſufficere conſenſum; rectè ex *2.F.55 §. Inſuper & arg.l.105. D.de V.S.* formatus eſt hic canon: *Vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus*, ſiqvidem Subvaſallus cum Vaſallo Domino ſuo immediate contraxit, & ei exinde qvoad Jura feudalia obligatus eſt, qvem ut Dominum recognoſcere eiq; ſervitia præſtare tenetur: ac ex 2.F.*55.pr.* duo argumenta capitalia deſumi poterunt; Ibi enim Fridericus Imperator non tantum de Vaſallis Principibus, ſed & de aliis Fidelibus Regni loqvitur, ac Lege ſtatuit, qvod absq; horum omnium Vaſallorum conſenſu Feuda alienanda non ſint: eo ipſo utiq; teſtatum facit, ut vires habeat alienatio, Inferioris, non Superioris (cujus non meminit) reqvirendum eſſe conſenſum: Deinde ex *eod. tit. §.f. verſ. illud qvoq; præcipimus &c.* id urgeo maximè, qvod licet felonia Subvaſalli in Dominum Vaſalli admiſſa ſit, propter qvam commiſſum eſt Feudum, hoc tamen non ad Superiorem, ſed Inferiorem Dominum à qvo Inveſtitus ille erat, revertatur: Cum itaq; *Magnus Hartm. Piſtoris lib.2.qv.45.n.18.p.861.* ſcribit, *hoc in delictis in perſonam Domini perpetratis locum habeat, ut proptereà Dominus Superior Feudum ſibi vindicare non poſſit, utiq; multò magis procedet in alienatione ſine conſenſu Superioris ſuſcepta, ut videlicet*

Verus Intellectus Dominii eminentis Grotiani.

Secundus articulus.

licet is propterea ad Feudum adſpirare non poſſit: & qvod conſeqvens eſt, neq; etiam conſenſus ejus neceſſarius ſit. Nec de nihilo eſt ratio petita ex *2.F.54. ibi, aut ſub Rege dominum ſuum non adjuverit*, & ibi, *à domino* ſuo, & mox, *feudum perdat, & Dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem*: Ex qvibus verbis indubitatum eſt, Superiorem Dominum in Subvaſallos nihil poteſtatis habere, ac per bonam conſeqventiam ad alienandum ejus conſenſu opus non eſſe.

Secundus Effectus. §. 15. Alter effectus circa primum caput conſiſtit in ſubfeudi duratione, qvæ tamen cum vitâ & Jure dantis ſeu Subinfeudantis circumſcribenda eſt; proinde eſto Regula:

Qvamdiu Feudi Jus apud Subinveſtitorem ejusq; liberos eſt, Subfeudum conſiſtit & ad ſucceſſores tranſitorium eſt,

Cujus rei probandæ gratia produco Textum *1.F 5. in fin. pr.* ubi dicitur: *Si Fidelis ſine herede deceſſerit, & feudum ad Dominum redierit &c. tunc ille, qvi ab eo acceperit, nullo Jure adverſus dominum ſe tueri poterit*; qvi locus egregiè adlatam regulam confirmat, ſiqvidem tunc deſinit Subfeudum, cum improles moritur dans, ubi igitur liberos reliqverit, illud durabit, præſertim ſi novum fuerit, cum filii ſubinfeudantis patris diſpoſitionem revocare non poſſint *2.F.58. §. item heredes, 1.F.3. in f.* nec tunc, ſi Subvaſallus relictis liberis decedat, ſibi habere poteſt Subfeudum dominus, cum citato loco ad interitum Subfeudi reqviratur, ut ſine herede mortuus ſit ſubinfeudans, qvi ſi, defuncto Subvaſallo, ſupervixerit, hujus liberis auferri neqvit, qvod Pater habuit: de qvo ne dubium moveatur, rotundus textus eſt *2.F.83. ibi, qvamdiu ille qvi dedit heredem maſculum habuerit*, qvod capitulum licet extraordinarium & non authenticum ſit, (cum *tit.58. lib.2.* finiantur capitula fidem authenticam habentia) allegari tamen poteſt, cum ordinarium textum declaret *V. Hartm. Piſtor. lib. 2. qv.13. n.59. p.320.* Qvod agnatos attinet; ſi per ſubinfeudantis mortem iisdem apertum fuerit feudum, reſolvitur ſubinfeudatio & revocandi facultas eſt *1.F.8. §. hoc qvoq; obſervatur 2.F.26. §. Titiy filios*: licet longiſſimo tempore à Subvaſallo poſſeſſum fuerit, cum agnatis proprio Jure ſuccedentibus *2.F.39.* præjudicari

poſſit,

poſſidendo neqveat. Liberis vero & agnatis deficientibus, ubi feudum domino aperitur, ad eundem qvoq; ſubfeudum redit, utpote qvi non Subvaſallo ſed vaſallo feudum conceſſerat ac Jus conſolidationis, qvod anxius fortè ſperarat, ipſi interimeretur, ſi invito alius obtruderetur vaſallus: nec obſcure *1.F.4.§.f.* innuitur dominum non tenere ratam habere ſubinfeudationem, cui textui ſuperinduco *2.F.73.* Sed ex *2.F.9.pr.verſ.eo excepto;* dicam impingunt nobis gravem *Schrot.D.F.8.th.9.* & *Obrecht.de JFeud.lib.3.c.19.n.34.p.326. Qvodſi*, ſcribens, *Feudum per finitam infeudantis lineam, vel alio modo Domino aperitur, certè Jus Subinfeudati non reſolvitur, qvia certo Feudorum Jure adhuc Subvaſallus feudum retinere poteſt, ſi priori Domino ſervire, &c. ab eo Feudum recognoſcere cupit 2.F.9.* Concedendum foret Magno Obrechto, certo Jure Feudorum ſententiæ deciſæ ſtandum eſſe, ſi litigioſus textus ut Ille qvidem citat in præſenti loqvatur, cum verò & in Rubro & in Nigro verba imperfecti temporis ſint poſita, patet ibi referri Jus antiqvum ante Conſtitutiones Lotharii & Friderici uſurpatum: vid.*CL. Struv.Exerc.F.12.θ.13.CL.Svev.D.F.9.θ 8.& Schnob.D.F.8.th.30.* Nec adeo infavorabilis eſt expoſitio *Hartm. Piſtor.lib.2.qv.44. à n. 6. p.853. ibiq; Additionator Filius Simon Ulricus lit.f.p.855.* tractari *d.2.F.9*: caſum, ubi culpa Subinfeudantis ob qvam Feudo cecidit, in Subvaſallum derivari non debet, ne innocens puniatur, ac licet hoc §. ſcriptum ſit, qvod Jure dantis reſoluto, acceptoris Jus ſolvatur, conqverendi tamen cauſam nonhabebit Dominꝰ, ſi permittat poſſidendi copiam Subvaſallo idoneo ad ſerviendum, donec vita functus fuerit Vaſallus: Ad limitationes, qvibus & Dominus & agnati ratam habere tenentur ſubinfeudationem, remitto ad *CL.Dn.Struv.d.l.& Schnob.d.l.* Hiſce effectibus annumero qvoq; qvod Subvaſallus ſuperiorem lædere non debeat *2.F.38.in fin.* ad qvod tacita qvadam voluntate accipiendo feudũ, obligarat ſe: hinc ſi injuriis eum affecerit, nec fecerit ipſi ſatis, feudo privatur, & ad Vaſallum redit, à qvo ipſe tenebat, modo ad ſatisfaciendũ reqviſitꝰ fuerit ab eo Subvaſallꝰ *2.F.55.§.illud qvoq; præcipimꝰ*: qvam reqviſitionem ſi omiſerit homo, ad majorem dominum revertetur Subfeudum *CL.Struv. d.l.*

Objectio.

Refutatur

Et Piſtoriana explicatio defenditur.

Tertius effectus primæ claſſis.

Jreus tra- *th.13.* Indebitè autem Jus Retractus (qvod eſt Jus prælationis
ctus effectꝰ certis perſonis competens, ad rem immobilem vel æqvipollen-
ex parte tem, per venditionis aut ſimilem contractum æqvali precio in-
ſuperioris tra definitum tempus redimendum *V. Hahn. Obſ. ad Weſ. π. de re-*
non eſt *ſcind. vend. n.6.p.636.*) domino ut effectus proprietatis attribuitur; utut enim hoc προτιμήσεως Jus in iis caſibus, ipſi conceditur, qvibus absq; conſenſu ejus feudum alienari poteſt *2.F.9.§. porrò*: negatur tamen Subinfeudationem reſpectu mediati domini alienationem eſſe *2.F.3.§.1.* ubi alienatio ſubinfeudationi contradiſtingvitur *vid. Schnob. D.F.9.th.26. & Immanuel Sutor. de Jure retractuum cap.2.th.22.pag.18. Petrus Gudelingꝰ Comment. de* F. *Part.4.c.3.n.10.p.179.* cujus tamen rationem hanc, qvod in ſubinfeudatione non ſit pretium, qvo redemptio fiat meam non facio ſiqvidem qvod ex *§.9.* conſtabit, accepto pretio, vitium non capit Subinfeudatio.

primus §. 16. Progredior nunc ad effectus qvibus ſubinfeudans
Effectus ſe- gaudet: qvorum præcipuus eſt, qvod inveſtitus efficiatur Vaſal-
cundæ claſ- lus non primi Senioris ſed Vaſalli Subinveſtientis per laudatum
ſis. ſæpe locum *2.F.55. §. illud qvoq;* cum vaſallitica obligatio, ubi id agitur, ut accipiens concedentis fiat Vaſallus, tertium, qvi non contraxit, reſpicere neqvit: nec ſubinfeudantis intentio ſit, ut
Objectio domino, ſed ſibi ſuisq; Vaſallos acqvirere velit: Objicitur verò qvod Domino acceptum referendum ſit, qvod res in feudum data ſubfeudari qveat, cui Feudi conceſſioni ut primæ cauſæ at-
Confuta- tribui videatur Subfeudi effectus: Sed reſpondeo non à conceſ-
tur ſo primitus feudo, ſed Jure ſubinfeudandi pendet hic effectus, cum impermiſſu (uti *Godofr. ad 1.F.5. lit: e. habet*) domini ſubinfeudare liceat, uti ſupra traditum eſt: ac ita Subinfeudatio eſt cauſa proxima & immediata, qvæ Vaſallum conſtituit eum, cui Subfeudũ conceditur *vid. Hann. de Feud. c.12. Qvæſt. An feuda Regalia poſſint Subinfeudari pag.333 & Kobl. de Subfeud. c.4.n.8.pag.72.* Hinc pleno fluit alveo, Juramentum Vaſallagii ſeu Fidelitatis, Domino immediato ſeu ſubalterno præſtandum eſſe *arg. 2. F. 3. in fin.* nec enim inter Superiorem & Subvaſallum contractus

feudi

Feudi initus fuit, per jam dicta hoc §. hoc v. Juramentum præſupponit obligationem *2. F. 3.* nec ille inveſtit ſubvaſallum, exigens autem fidelitatem, prius debet inveſtire *2. F: 7. in fin. V. Kobl. de ſubſ. c. 4. n. 24. p. 80.* Ac qvam primùm præſtitum eſt hoc ſacramentum, domino immediato ſervitia debentur *2. F. 52. in pr. verſ. per multas enim interpellationes 2. F. 55. pr. ibi, unde debita ſervitia amittebant.* Ac reverendus eſt idem debitè: ex qvâ reverentiâ pullulat, qvod Subvaſallus illum nec accuſare *2. F. 24. §. item ſi delator & 2. F. 33. §. ſimiliter vaſallus*: nec in cauſa criminali aut civili modicâ teſtimonium adverſus eum dicere poſſit *d. 2. F. 33.* dico modica, qvia in hâc moleſtus esſe vult adverſarius domino, cum teſtimonium Vaſalli eum parum adjuvaret: in civili ergo magnâ poterit probaturus uti teſtimonio Vaſalli, cum hic grave diſpendium cesſet, qvod aliàs in criminali ſubit dominus *2. F. 24. verſu item ſi delator. V. Struv. Exerc. F. 11. th. 3. Schnob. D. F. 8. th. 3.* An citra læſionem reverentiæ in Jus absqve veniæ petitione à Subvaſallo Dominus Subalternus vocari posſit, non nihil ambigitur? Putarem ſpeciali veniæ impetratione opus non esſe, utpote qvæ olim tantum freqventabatur, hodiè verò à tritura fori recesſit, nec præter recenſitos *in l. 2. & 14. D. de in Jus vocand.* alii addi posſunt, cum adæqvata ratio, cur illi absq; venia vocandi neqvirent, hæc esſet, ne famoſis actionibus pulſarentur: his verò Subvaſallus experiri non vult, nec cum liberto ille conferri debet, cum libertus inæſtimabili libertatis beneficio adficiatur, qvale à Domino Subvaſallus non habet, benè *Zaſ. ad §. 12. Inſtit. de Act. n. 26. p: 33. Communior, ait, opinio eſt, qvod Vaſallus in Jus vocare posſit Dominum ſine veniâ obtentâ, qvia nihil habet à Domino, qvo ei debeat talem reverentiam, niſi Feudum: Libertus autem habet à Patrono novam vitam, qvia dicitur novus homo: qvod non recipimus in Vaſallo, & ita ego tenui in meis uſibus Feudi. V. Mynſ. cent. 4. obſ. 29. Gail. de Pignorat. obſ. 15. n. 4.* (qvi hâc utitur ratione, qvia Vaſallus non eſt ſubditus domini) *Jul. Clar. §. Feudum qv. 25. n. 1. in fin.* Optimum vero Conſilium eſt olim *Summi JCti Dn. Heigii ad §. 12. Inſt. de Act. n. 20.* id Vaſalli arbitrio esſe committendum.

Subalternus Dominus absq; venia impetrata citari poteſt.

§. 17.

Alter effectus dictæ ſecundæ claſſis. §. 17. Alterum effectum in eo pono qvod Subinfeudans retineat ſibi Jus ſeu Dominium aliqvod utile: Utut *Illuſtriſſ. Schenck. de Feud. 2. F. 31. pr. n. 4, p. 428.* id inficietur, dum inqvit, *Vaſallus utile dominium, qvod habuit, ſubinfeudando in alium tranſtulit, ſicq; UMBRAM ſolam dominii retinuit:* ac forte rationem hanc ſibi allegare potuisſet literatisſimus Baro, qvod hoc utile dominium non posſit eſſe apud Subinfeudantem & Subinfeudatum uno eodemq; tempore *l. 3. §. ex contrario D. de A. vel A. P.* Sed imperat hîc neceſſitas, ut termini multiplicentur: proinde lubens cum Dd. Scholâ duplex ſtatuo Dominium utile, aliud ſuperius, qvod penes ſubinfeudantem manet, & aliud inferius, qvod in Subvaſallum tranſit: *V. Obrecht. de Jure* Feud. *l. 3. c. 10. p. 324.* qvod Superius *CL. Struv. Exerc.* F. *12. th. 10.* analogicum directum vocat: Qvod verò hoc nec umbra, nec figmentum dominii ſit, hoc ratiocinio evincere conabor:

Cui poſt translatum utile Dominium, debetur Fides & ſervitium, & ad qvem ob culpam admisſam aut mortem revertitur Subfeudum, apud eum oportet verum qvoddam dominium remanſisſe.

Sed Subinfeudanti, poſt translatum in Subvaſallum utile dominium, fides & ſervitia debentur, ac ad eum culpâ amisſum aut morte apertum feudum redit. Ergo.

Majorem propoſitionem hanc probat tractatio hæc de Subfeudi effectibus, ſiqvidem hoc reſervatum dominium tanqvam cauſa proxima ac immediata, parturit hos effectus: Minoris probatio ex §. 16. deſumenda eſt; Neq; dum duplex utile dominium adſerimus, actum erit cum hâc regulâ: Unius ejusdemq; rei duo non posſunt eſſe domini *l. 5. §. f. D. commod.* cum ſingulis dominis in ſolidum non attribuamus dominium, ſed geminum illud ſubordinemus, ut Inferius utile â ſuperiori dependeat, diverſiq; utriusq; ſint effectus. Adſcribam liceat ex *Doctisſimo Molinæo ad Conſvet. Pariſienſ. T. 1. Gloſ. 6. n. 4. p. 107,* egregia verba, qvæ hæc ſunt: *Qvî fit, ut ejusdem* Feudi *ſint duo*

Objectioni occurritur

vel

vel plures domini directi, unus immediatus, alter & Superiores mediati, & pariter duo vel plures domini utiles, ſcil. Vaſallus primus & omnes Subvaſalli: Reſp. qvod plures poſſunt eſſe directi domini vel utiles; vel unus directus tantum, & utilis tantum ſimul ejusdem rei diverſis reſpectibus: Unde primus Autor Feudi dicitur eſſe dominus directus, reſpectu primi Vaſalli immediatè, & reſpectu Subvaſallorum mediatè: Idem dicendum eſt de primo Vaſallo & reſpectu ſecundi Vaſalli & Ulteriorum & ſic de aliis: Pariter primus aut alter medius Vaſallus dicitur Dominus utilis, reſpectu domini, Superioris; & dominus directus, reſpectu Inferioris Vaſalli; nec eſt inconveniens propter diverſas relationes, qvia d. regula ex l.5. §.f. D. commod. loqvitur nedum de dominio ejusdem ſpeciei ſed etiam ejusdem relationis & reſpectus: & ſic reperitur directum dominium Superioris Domini, & Directum Inferioris: & utile Dominium ſuperioris Domini & utile Inferioris: Hæc Ille d.l. ubi & alia huc facientia utilisſima perſeqvitur. Ex tractatis hiſce cognata hæc qvæſtio; Num Superior ſui Vaſalli vaſallum ad præſtationem ſervitiorum compellere poſſit? qvæ conflictu ſententiarum Dd. inclaruit, facilè ut reor, decidi poteſt, nempe non licet Superiori Domino à Subvaſallo ſervitia exigere; id qvod textus ſvadet *2. F.55.§. illud qvoq; ibi, niſi reqviſitus ab eo &c.* ubi directus dominus offenſus Jus compellendi non habet Subvaſallum ad ſatisfaciendum, ſed per reqviſitionem operâ utendum eſt immediati *Kohl. d. l. cap. 4. n.38. p.88. & ad Schrot. D.F.8 th.5. Additionator p. 418.* Excipiendum tamen eſt, ſi mediatus Dominus unà ſit territorii Princeps, utpote qvi Jura Imperatoris in ſuis ditionibus habeat, exerceatq; cui Vaſalli præ dominis ſuis immediatis, obedientiam & auxilium præſtare debent; aut ordinariam in immediatum Jurisdictionem habeat, cui & Subfeudum & Subvaſallus ſubeſſe putatur, donec exemptio ritè probetur; & ſi verum dicere velimus in his exceptis caſibus non tanqvam à Subvaſallo ſed tanqvam ab Incola territorii exigentur ſervitia *per cap. cum Epiſcopus 7. de Offic. Ordinar. in 6. V. Frantzk. lib. 1. Reſol. 18. n.32. & 33. Kohl. d. l. c. 4. n.17. p. 77. & Molin. citat. loco n. 12. pag. 109.*

Superior Dominus à Subvaſallo ſervitia exigere neqvit

Exceptiones duæ

Effectꝰ tertiæ claſſis Subvaſallꝰ & dominiū qvoddam & poſſeſſionē habet.

Civilis & naturalis poſſeſſio deſcribitur

§. 18. Nunc paucis unum atq; alterum effectum ex Subfeudo in ipſum Subvaſallum redundantes perſeqvar; hi verò vel circa rem in ſubfeudum conceſſam, vel circa Subdomini perſonam ſe conſpiciendos præbent: Ibi Subvaſallo poſſeſſionem & dominium aliqvod aſſigno: Qvoad poſſeſſionem verò diſtingvo, inter civilem & naturalem: civilem hic voco, dum Subvaſallus, qvaſi dominus civiliter id eſt rem animo domini ſubalterni ſeu analogum directum dominium ſibi habendi poſſidet: Naturalem verò, dum Subvaſallus naturaliter, id eſt rem ſibi ex Jure conceſſo habendi, alteri verò ſuperius qvoddam Jus concedendi poſſidet: *per l. 12. pr. & l. 49. D. de acqv. poſſeſſ. V. CL. Struv. Exerc. F. 11. th. 1.* aut cum eodem *CL. Struv. d.l. & Obrecht. d. l. de Jure Feudor. l. 3. c. 10. n. 31. p. 325.* inter rem in ſubfeudum datam & inter Jus ſubinfeudanti ratione ſubfeudi competens diſtingvo, ut ibi Subvaſallus poſſideat, vi cujus fructus percipit *2. F. 8. § ult.* hic verò Subdominus, qvem ille pro domino agnoſcit, &, qvod dictum paulò antè, propter feudum debita ſervitia tanqvam de re infeudantis propria ei præſtet. Ubi iterum *Molin. d. l. n. 9. p. 108.* verba mea facio: *Ego autem, ait, dico, qvod primus directus Dominus poſſidet civiliter, vera & propria civili poſſeſſione: ſicut ſolus proprie ſive autonomaticè eſt dominus directus: ultimus autem dominus, ſive ſit ultimus Vaſallus, ſive ſit cenſuarius, aut Emphyteuta ultimi vaſalli, non curo, dummodo ſit ultimus utilium dominorum habens realem fruitionem, & verum & naturale commodum rei, poſſidet naturaliter, verâ & propriâ perfectâ naturali poſſeſſione, ſicut ipſe ſolus propriè & perfectè dicitur dominus utilis, qvem Gallici vulgò proprietarium vocant: Domini autē intermedii habent ſua dominia ſubordinata & reſpectiva qvæ ſunt directa reſpectu inferioris, non tamē ita directa ſicut primordiale illud propriiſſime directum primi domini; reſpectu autem ſuperioris, ſunt utilia, non tamen ita utilia, ſicut illud propriiſſimè utile ultimi domini: Et qvemadmodum qvælibet proprietas (largè ſumpto vocabulo) habet poſſeſſionem vel qvaſi, ſibi correſpondentem; ita domini intermedii habent poſſeſſiones vel qvaſi, Juribus & dominiis ſuis correſpondentes;*

dentes ;

dentes; qvia reſpectu Inferioris dicuntur poſſidere vel qvaſi civiliter, & reſpectu ſuperioris dicuntur poſſidere vel qvaſi naturaliter hæc Molin. Ob hanc, qvam Subvaſallo aſſerui, poſſeſſionem, ipſe ab onere ſatisdationis immunis erit, pro qvo uſurus ſum in conflictu rationibus *Berlichii, qvibus P. 1. Concluſ. 20. à n. 32.* pro vaſallo in hoc caſu utitur. De dominio verò ſubvaſallo competenti cœptum eſt agi præcedenti §. 17. Licet enim hoc vix ab uſufructu diſtare videbatur, imo 2. *F. 23.* Jus vaſalli expreſſe uſusfructus dicatur, & ſupra §. 3. in ſubfeudi definitione, uſusfruitioq; attributa ſit ſubvaſallo, longè tamen differunt ſimplex uſusfructus & feudalis, qvod vel ex *d. 2. F. 23. in fin. apparet; ubi hicce uſusfructus ad heredes in perpetuum pertinet*, hinc à *CL. Struv. Exerc. F. 2. th. 3.* dicitur potentia qvædam moralis ſeu legalis fundata in Vaſallo & determinata in rem, cum ille ut ſervitus perſonalis vitâ uſufructuarii determinetur *§. 3. Inſt. de uſufr. ac 2. F. 8. §. rei autem.* dicitur, qvod non inſtar nudi uſufructuarii ſed tanqvam Dominus Vaſallus ſibi qvaſi vindicare qveat. Huic inferiori utili dominio acceptum referendum eſt qvod ſubvaſallus fructus percipiendi Jus habeat, *eidem iterum ſubinfeudare licentia ſit 2. F. 10. & 2. F. 34. §. ſimiliter*; nec Jus locandi eidem denegarem, cum idem liceat uſufructuario *§. 1. Inſt. de uſu & habitat*, cujus tamen Jus ſubvaſalli jure debilius eſt: ac præterea incrementa omnia obvenientia, ſi inveſtituram Subfeudi cum omni incremento conſecutus ſit Subfidelis à domino ſuo, qvi id cum Jure incrementorum obtinebat, acqviret itidem ſibi ſed tamdiu, qvamdiu illius ſubinfeudantis Jus duraverit *1. F. 4. §. f. ibi, vivente eo, à qvo acceperit, ipſius erit*, ibiq; *Illuſtriſſ. Schenck. n. 1. pag. 51.* licet enim ex re ipſâ incrementa veniant, & ſic effectus dominii Subvaſalli eſſe non videantur, non obſcurè tamen ex d. 1. F. 4 §. f. elicitur, incrementa ad eum, qvi qvoqvo Jure dominii fundum feudalem habet, ſpectare: & cum incrementum alluvionis ad uſufructuarium Jure uſufructus l. 9. §. 4. D. de uſufr. & eadem alluvio ad pignus habentem jure pignoris l. 18. §. 1. D. de pignor. act. l. 16. pr. D. de pign. ſpectent, qvidni & noſtra

Dominiū ſubvaſalli non eſt ſimplex uſusfructus.

hæc incrementa ad Subvaſallum jure dominii inferioris pertinerent, cujus Jus illis uſusfructus & pignoris Juribus longè excellentiùs eſt? qvo refero autoritatem CL. Struve Exerc. F. XII. th. 6. qvi incrementa rei Feudalis utili Dominio Vaſalli ſubjicit; qvæ ipſa augmenta utili Subvaſalli dominio ſubalterno non licebit abjudicare.

Alius Effectus tertiæ claſſis

§. 19. A Domino Subvaſallus in Judicio defendendus eſt, hinc non inelegans qvæſtio agitatur. Num Subvaſallus de evictione agere poſſit? Rectè *Weſenb. Præceptor Germaniæ* ϖ. *de Evict. n. 1. & Treutl. Vol 2. D. 2. th. 5.* evictionem definiunt, qvod ſit rei noſtræ, qvam adverſarius legitimo titulo adqviſierat, per judicem facta recuperatio *per l. 24. D. de Evict.* In qva definitione Bachovius, homo, qvi in exponendo Jure Romano nec ſuperiorem nec parem ferre potuit, ad *Tr. p. 38.* ſingula ferè verba carpit, nec tamen innovator ille ullam meliorem attulit: In notis verò ad *Weſ.* ϖ. *n. 1. ſui ad Treutl. turpiter* oblitus, in hâc definitione nihil deſiderat, qvàm qvod verba hæc *legitimo titulo*, ut abesſent, optet: Ecce inconſtantiam hominis, qvi, dum bonos Juris Interpretes ludificatur, omnibus bonis ludibrium debet. Sed benè habent verba, legitimo titulo, qvamvis enim & à poſsesſore nullum habente titulum per *l. 34. §. fin. D. de Evict.* evincere liceat, ut plurimum tamen evictionis præſtatio in legitimis titulis obtinet locum, ut emptionis *l. 1. D. d. t. l. 11. §. 2. D. de Act. emti.* permutationis, & aliorum innominatorum, qvibus res in alium transfertur *l. 1. C. d. rer. permut. l. 29. C. de Evict.* dationis in ſolutum *l. 4. c. eod.* diviſionis rerum communium vel hereditatis *l. 66. §. ult. D. eod.* Transactionis ratione rei, in compenſationem ejus, qvam retinemus, datæ *l. 33. C. de Transact. V. Frantzk. ad tit. de Evict. n. 412, & Petrus Oſtermannus in Collegio Juridico Colonienſi Vol. 2. Diſp. 2. th. 42. p. 54.* Sed ad qvæſtionem: qvæ fruſtrà non adfertur, licet enim §. 15. dictum ſit, qvod cum vitâ ſubinfeudantis exſpiret ſubfeudum, id tamen verum eſt, ſi Subvaſallus ſciverit, dantem alterius esſe Vaſallum, qvem clam non fuit, reſolutum iri Jus ſuum ex Feudi natura per mortem

Definitio Evictionis Weſenb. contra Bach. defenditur.

conce-

concedentis *d. 1.F.4. §.f.* & *2.F. 8.pr.* Qvid enim ſi ſciens Subvaſallus expreſsâ ſtipulatione ſibi providit, ut *ſemper* Subinfeudator ejusq; heredes de evictione tenerentur *arg. l. 27. C. de Evict.* & per bonum textum *d. 2. F. 8. pr.* ibi, *niſi pacto ſpeciali ſibi proſpexerit*: itemq; ſi ignoraſſet primum Vaſallum rei fuiſſe verum dominum & non vaſallum, cui ita decepto contra defuncti heredes evictionis nomine agere licebit, ut aliud Subfeudum ejusdem bonitatis ſeu qvantitatis ei præſtetur *d.2.F.8.* ſeu juxta *2.F 25* ut Subvaſallus feudum paris æſtimationis aut pecuniam comparando Feudo ſufficientem conſeqvatur: modo Sub-domino litem ſibi motam eſſe tempeſtivè denunciet *d.2.F.25. in pr.* Conſulatur *Sonsbec. de Feud. part. 12. n. 130. p. 255.* Nec refragatur, qvod Feudum ſit beneficium *2. F. 23.* Benefactor verò ſeu donator de Evictione non teneatur per *l.62.D.de ædil.Edict.* & *arg.l.2.C. de Evict.* ſiqvidem ex *2.F.23 in fin.* patet, qvod intuitu fidei & ſervitiorum Feudum detur *V.* Frider. *Schenck. de* Feud. *l. 2.T. 8.n.4. p.206.* Cum exacta ſit in definitione ſubfeudi ſupra §. 3. mutua fides à ſubinfeudante & ſubvaſallo, utut hic illi cum qvadam veneratione & obſeqvio obligetur; & ille tantum implicitè & per qvandam conſeqventiam *2.* F.*6.in fin.* & *2.* F.*26. §. antepenult. 2.*F*33. §.1.* fidem debeat viciſſitudinariam, elicimus inde hunc effectum, qvod Subdominus in Juſto bello adjuvare teneatur ſuum vaſallum *d. 2.*F.*6.* qvam opem ſi denegaverit, cadet Feudi proprietate, & hæc cum Jure ſubvaſalli conſolidabitur *d.2.*F.*26.§ domino committente.*

Objectiuncula refellitur.

alius Subvaſallo conducens effectus

§. 20. Cum poſt finem, Subjectum & Principia Juris-Prudentiæ, qvæ habitus Practicus eſt aliis habitibus practicis contradiſtinctus, explicentur media, per qvæ finis obtineri & in ſubjectum introduci debet: horum autem mediorum geminum ſit: ſcil. cognitio ejus, qvod cujusq; eſt, & deinde ejusdem legitimè obtinendi ratio *Sutholt. Diſſ. ad Inſt. 1. th. 95* & *96.* & hactenus de cauſis ſubfeudi Internis & Externis dictum fuerit, re-

Actiones circa ſubfeudum

& ipſi etiam Subvaſallus ſuum obtinere poſſunt, ageretur: Verum enim cum hîc eædem ferè actiones, qvæ ob feudum dantur, competant, ad eos Dd. qvi de iisdem tractant, uti *Schnobel Diſp. Feud. ult. Obrecht de Jure Feud. l.4. c. ult. Lindemann. Exerc. F.3. c.12. p. 103. Schroter. D. Feud 9. th. 21. Gudelin. de Jure Feudor. Part VI. à cap 1.* remitto & inde hoc prælibo: Qvod actiones ob ſubfeudum competentes, id vel promiſſum ſaltem & acqvirendum, vel jam acqviſitum concernant. Circa acqviſitum experiri licebit judicio vel poſſeſſorio vel petitorio: Illud eſt, ubi de merâ poſſeſſione adipiſcendâ vel retinendâ vel recuperandâ vel etiam qvaſi poſſeſſione *l.24. D. de R V. & l.36. D. eod. cap. Paſtoralis 5. & tot. t. X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Hoc verò eſt, ubi de dominio vel qvaſi, vel alio Jure in re controvertitur *d.l. 24. & l.36. V. Maranta in ſpecul. Aureo P. 4. diſtinct. 97 Schneidw. ad pr. Inſt. de Interd. à. n. 3. Frider. Hiltrop. in Proceſſ. P.1. T 4. à n. 74. Fiebig in Proceſſ. memb. 2. ſect. 3. p. 105.* Dum ſecurus qvis eſt, qva actione citra periculum experiri poſſit, Judicium Feudale aditur, in qvo potiſſimè fori Competentia conſiderandâ eſt, qvam & ex perſonis litigaturis, & ex cauſis in Judicium deducendis dijudicare poterimus. ſi inter Conſubvaſallos vel de toto, vel parte, vel de finibus Subfeudi controverſia moveatur, Judex competens erit SUB-DOMINUS, *arg. 2. F.55. §. f. verſ. præterea ſi inter duos.* Si autem inter ſubinfeudantem & ſubvaſallum lis accidat, de Subfeudi e. g. Inveſtiturâ, Pares Curiæ id eſt conſubvaſallos Judices conſtituo *2. F. 16. 2. F. 39. §. ſi inter 2. F. 55. §. fin. in fin.* Si nulli conſubvaſalli fuerint, tunc Superior dominus Judicandi provinciâ defungatur, modò Subvaſallus ſe talem eſſe fateatur, id enim ſi negaret, ad ordinarium loci magiſtratum devolvenda eſſet cauſa: argumento eorum, qvæ de Feudi controverſiis Dd. tradunt, ut *Hartm. Hartm. Pract. Obſervat. Tit. 54. Obſ. 21. Schnob. D. F. ult. th. 24.* Qvæſtionis elegantis erit: Num Subvaſallus Juriſdictionem domini ſui prorogare ſeu in alium Judicem conſentire (hoc enim eſt prorogare *l. 1. & 2 D. de Judic. & l. 15. D. de Juriſdict.*) poſſit? id qvod negatur, ſiqvidem

Definitio Judicii poſſeſſorii & petitorii

Judicium Feudale.

Subvaſallo Juriſdictionem

qvidem

Domini ſui prorogare neqvit.

qvidem Subdomino proprio ſuo Jure competit Juriſdictio, cum permisſione JurisFeudalis ipſi data ſit, *arg. l. 6. D. d. Jurisdict.* & ita qvaſi patrimonialis eſt effecta, talis verò juxta concordem Dd. Traditionem, prorogationis neſcia eſt, in tantum, ut in præjudicium Subdomini ne qvidem alterius domini ſimilem Jurisdictionem in alia cauſa Feudali habentis prorogari qveat. *V. Berlich. P. 1. Concluſ. 5. n. 9. & 32. Schnob. D. F. ult. th. 32.* Diſceptatur qvoq; graviter: ſi cauſa posſesſionis inter Conſubvaſallos vertatur, num Subdominus, numve ordinarius loci magiſtratus erit Judex? ego eorum caſtra ſeqvar, qvi Subdomino Judicandi ſpartam deferunt, & qvidem munitus autoritate textus *2. F. 22 §. ſi verò Vaſallus*, ubi (Subvaſallus) iniqvè ſpoliatus agens reſtituendus eſt: qvæ vel actio vel interdictum de Spolio ad posſesſorium pertinet *V. Schenck. Baro. ad T. 2. F. 22. p. 298.* Facit huc ex *cap. 1. X. de cauſ. poſſ. & propriet.* qvod tàm momenti id eſt posſesſionis qvàm proprietatis cauſa ſub uno eodemq; Judice debeat cognoſci, imò ei qvi has cauſas, tanqvam continentes dividere & apud diverſos Judices ventilare præſumit, pæna ex officio Judicis imminet per *l. 10. C. de Judiciis V. CL. Struv. Exerc. Feud. ult. th. 4. Schnob. D. F. Ult. th. 26. Schultz. in Synopſ. Juris Feudalis c. ult. n. 26. p. 1262.*

Non ordinario Magiſtrato in cauſa feudali posſeſſoria judicare poteſt.

Proceſſus Feudalis.

§. 21. Dum apta coram competenti Judice in cauſa feudali inſtituta eſt actio, circa hanc idem procedendi Ordo, qvi Jure communi præſcriptus eſt, ferè obſervatur, niſi qvod, præſertim circa Probationis punctum, ſingularia qvædam occurrant *V. Schnobel. d. l. th. 29.* Modum verò oſtendendi innocentiam per ferrum candens & alios hujus farinæ abominamur & rectè rejecere tribunalia *vid. c. ult. X. de purg. vulg. & c. 20. c. 2. qv. 4. V. Beſold. in Oper. ſuis Polit. Disſertat. de pœnis c. 5. p. 110. & Hottom. Diſſ. de Feud. c. 44. p. 117.* Cui & probationem per Monomachiam asſociamus. Hæc adinſtar oſtenſionis innocentiæ per humanum Judicium, magni à Langobardis & aliis ...

Damnabiles probandi innocentiam modi ſunt ferrum candens

monſtrat; & ejus rei aperta veſtigia in Placitis Feudorum occurrunt, ut *2. F. 27. §. ſi qvis hominem & 2. F. 39. §. Non eſt conſvetudo.*

Leges Duellorum in uſibus Feudi qvaſi permiſſorum

Horum Duellorum committendorum Leges & qvaſi Jura qvædam *Hottom. d. l.* ad Perſonas, Res, Formam & Jus redigit: ſcil. primum oportebat hos ſingulares concertatores pares dignitate & conditione eſſe, deinde de omnibus cauſis, ſive publicis, ſive privatis, ſive capitalibus ſive pecuniariis dimicare licēbat; Tertio, petebatur poteſtas Duelli inferendi â ſummo Magiſtratu, juramentum calumniæ præſtabatur, Vir primariæ dignitatis cum aliqvot Asſesſoribus certamini præerat, pignùs ab utraqve parte offerebatur, de armis & telis, qvibus pugnandum, conveniebatur, (Moribus namq; Gallorum, non Jure Longabardico certum genus armorum præſcriptum erat) & qvarto demum, qvi duellum aut detrectasſet, aut ſtato die non adfuisſet, pro confesſo, & covincto damnabatur, ſi Regi ſatisfactum videretur, is pugnæ per præconem finem imponebat, qvi duello ſuperatus esſet, eo ſupplicii genere afficiebatur, qvo ſi Judicum ſententia damnatus fuisſet, legibus mulctandus erat, & ut provocator qvi vincere non potuerit, pænæ per Leges calumniatoribus impoſitæ ſubjugabatur.

Duella omni Jure ſunt illicita.

Rectè autem Juribus Divino, Naturali, Canonico, Romano, Conſvetudinario & morum Duella improbantur *V. Exod. 20. Deuteron. 6. Matth. 4 c. Monomachiam 22. c. Mennam. 7. c. Conſuluiſti 20. c. 2. qv. 5. & tot. t. X. de purgat. vulg. c. 1. & 2. X. de Torneament.* ac æqvisſimum eſt Jus Romanum, ubi adverſarius legitimis modis convincendus, non vero vi armatâ ad confesſionem terrendus *per l. negantes 9. C. de O. & Act. l. ult. C. de probat. Conſt. Elect. 9, p. 4.* Vide notabilia Edicta prohibitoria contra Duella Imperatoris Matthiæ & Regis Galliæ Heinrici IV. in Hn. Theodori Reinkings Bibliſcher Pollicei. *lib. 2, Axiom, 199, p. 665.* in qvo utiq; & præcedenti *198. axiomat.* in eo totus eſt, ut improbet Duella, qvæ & ipſis Turcis inviſa ſunt, citante eodem *Reink.. ex Epiſt. 3, Augeri Busbeqvii hæc Baſſæ alicujus verba:*

E[illegible] ipſis T[illegible] inviſa

Tune Commilitioni tuo ſingulare certamen denunciare auſus es;

es? deerant qvippe Chriſtiani, in qvos pugnares: vivit uterq; veſtrum pane noſtri Imperatoris, nihilominus inter vos de vita decernere parabitis. Qvo Jure, qvonam exemplo: an ignorabitis, utercunq; veſtrum cecidiſſet, Imperatoris damno caſurum: Qvo dicto duci eum in carcerem juſſerunt, in qvo multis menſibus maceratus, vix tandem liberatus eſt, exiſtimatione valde imminutâ.
Adeantur *Illuſtriſſ. Liber Baro à Tautenberg, de Feud. l.3. T.17. pag. 477. Sonsbec. de Feud. P.15. à. n. 85. p. 435. & Frantzk. Exerc. 12 ad Inſt. in Additionib. ad Qv. 6.*

Diſſentanea ſive contraria ſubfeudi

§. 22. Et tandem viſo laboris portu, de Subfeudi Diſſentaneis ſeu Contrariis qvam paucis tractandum eſt: Huc verò ante omnia ex §. 8. repetitum volo, qvod Decimæ ſubinfeudationi non ſubjaceant: & ex §. *11. & 12.* qvod ex poſtfacto alia Lege, qvàm qvæ Vaſallo data fuit, ſubfeudum iniri neqveat, & ex eodem §. *11. in fin.* qvidam probare volunt (de qvo verò qvid judicandum vid. §. 11. in fin.) qvod Eccleſiæ ac Univerſitatibus non rectè ſubfeudum concedatur; itemq; ex §. 15, qvod idem feudum morte Vaſalli ſubinfeudantis finiatur. Controverſa lis eſt, num per pactum de non alienando literis Inveſtituralibus appoſitum, ſubfeudandi absq; conſenſu domini cenſeatur poteſtas adempta? id qvod affirmo cum *Kohl. d. Tract. de Subf. cap. 3. à p. 54. Jerem. Reuſn. Diſſ. F. 8. th. 41 p. 28. Roſenth. de Feud. cap. 9. Concluſ. 46. à n. 8. Weſ. Part. ult. Conſil. 324. n. 17. Bartholom. Camerar. ad 2. F. 55. p. 223. in fin. Jacobin. de S. Georg. Tract. de Feudis Verſ. & cum pacto de non alienando n. 2. p. 135. & Zaſ. de Feud. P. 9. n. 17. p. 117.* Hujus verò ſententiæ hæ ſunto rationes. (1. Qvod in caſu propoſito duplex occurrat prohibitio, una Legis, de qva ſuprà §. 1. eſt actum, altera verò hominis paciſcentis, qvæ geminata in caſibus aliàs permiſſis utiq; operari debet: neq; 2. ſuprà ſuo loco inficiatus ſum, alienationis ſpeciem qvandam eſſe ſubfeudationem, ex §. 18. enim liqvet,

Pactum de non alienando obſtat Subfeudationi

Rationes

vales Lotharii & Friderici minimè comprehendere ſubinfeudationem, hîc verò contrarium ſentire videar: Sed reſponderi poteſt, Lotharii Legem *2. F. 52.* ad ſolam illam alienationem, qvæ abſq; permiſſu Domini fit, reſtrictam eſſe: aut eandem cum Sanctione Fridericiana *2. F. 55.* infucatam ſubinfeudationem admittere; & eſſe textus, ubi à prohibitivis his duabus Legibus excepta eſt ſubinveſtitio, ut *2. F. 9. pr. & 2. F. 26. §. beneficium*: Jam verò nullus textus Feudalis apparet, qvi à pacto de non alienando ſubinfeudationem eximat: Huc facere poteſt qvod in *l. fin. C. de Rebus alien. non alien.* pactum de non alienando complectatur qvoq; oppignorationem, atq; conceſſionem Emphyteuſeos & uſusfructus; ſub qvibus & Subinfeudatio comprehendi poteſt, utpote qvæ dominium non minus reſervat concedenti: conſule *§. 17*, ac Emphyteuſis & uſusfructꝰ. Claudat tandem hoc contraria, qvod res, cujus commercium Subvaſallo non eſt, ſubfeudari neqveat; ſiqvidem non minus ad ſubinfeudationem qvàm ad primam Inveſtituram reqviritur, ut res commercio humano non ſit exemta per *2. F. 3. in pr.* ibi, *ſuorum bonorum &c.* & ſi aliter eſſet, Subfeudi fine, qvi eſt ut re utamur fruamur *V. §. 13.* deſtitueretur Subvaſallus. Et hæc ſunt, qvæ de hâc materia conſignare volui: Tuum erit, Benevole Lector, ea æqvi boniq; conſulere, nec dente Theonino rodere: Id enim ne tuis ſcriptis accidat, optas animo; Jam naturæ & verum verbum eſt: Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Sit verò

Reſpondetur.

JESU MEO IMMORTALIS GLORIA.

Pro-

PRO

CLARISSIMO VIRO,

ERNESTO GVILIELMO VOGELIO,

MISNENSI,

Cùm ſolenni Diſputatione ſummos in utroq;

Jure honores peteret,

AD ASTRÆAM

INTERCESSIO

OTHONIS PRÆTORII, Poëſ. PROF. PUBL.

ASTRÆA, ſeu qvodcunq; ſacrum Legibus
Praeſſe Numen crederis; vel Jurium
Reſponſa das, vel Enſe, qvem dextrâ geris,
Feros coërces, vel retribuis præmium
Bonis, & æqvum lance certâ penſitas:
Relinqve, DIVA, qvod premere ſidus ſoles,
Mortaliumq; rurſus auras imbibe.
Nunc purpurâ, nunc veſte comta cæſiâ,
Nunc expolita molliter flavam comam,
Evincta nunc ſuras cothurno Punico,
Colloq; brachiisq; marmor indue,
Et finge formam corpori pulcherrimam.
Compone vultus ſplendidisſimum jubar,
Severitati ut miſta ſit clementia:
Velamen oculis ſummovendum flammeis;
Non atra nox, non tetra caligo juvat,
Admisſus altâ luce Titan expedit.
Sunt obtegenda judicanti lumina,
Nunc aliud incumbit Tibi negotium.
Qvem cernis in complexibus Virum tuis,

Sed eruditum rebus omnibus priùs,
Qvascunq; lato Phœbus amplexu tenet,
Et aut Platoni credidit, Sophûm Deo,
Stagiritâmve docuit olim principem:
Qvascunq; Svada, conditisq; maximi
Annalibus, Muſæq;, Gratiæq; habent.
His artibus præſtante nil ornatius
Hôc homine, nil videtur elegantius
Diſertiusq;: ſive Romano placet,
Facundus ore, ſeu Pelasgo, ſiſtitur.
Sed qvæ tuis de fontibus myſteria
Tunc hauſerit, cùm, DIVA, cultui tuo
Freqvens adesſet, Vatibus conſtat ſacris
Amplisſimisq; Patribus, qvi nunc Tibi
Siſtunt VOGELIUM, petentem Lauream,
Qvam, teſte Te, tot arduis laboribus
Indeſinentibusq; meruit hactenus.
THEMISTA, pulchris his fave conatibus.
Non vanus, illum mentis ambitus tenet,
Non propriæ qvæſita laus induſtriæ:
Sublimiori ſpernit has ineptias
Virtute, qvi, qvodcunq; poſcit, non ſibi,
Sed unicè Tibi tuisq; Legibus,
Procatur hodiè nominis novum decus.
Sat habet Sacerdos esſe ſi tuus poteſt,
Oraculaq; Te dictitante, reddere.
Hoc optat, hoc ſibi expetit, de cæteris
Securus, & famæ fugax & gloriæ.
Qvam, DIVA, ſi concesſeris Licentiam,
Succedet auſpicatior VOGELIO
Ætas, & alis ſcandet illis æthera,
Decorata Virtus ſurgit, ac neſcit premi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE